





N. 4



II

Codex
Variorum Tracta-
tuum
Confœdationum & Pacium
Helvetiorum
cum
Gallis
initorum
ab anno 1499 usq; ad 1614.

1.

Divers Traictez de Confederation, et Aliance des Suisses Avec la France

1499–1614

Traicté de Paix et Amitie perpetuele, entre le Roy François 1. et la Couronne de France, d'une part, Et les Republiques de Suisse, et des Grisons, et autres leurs Alliez, d'autre part. A Fribourg, l'an 1516. la veille de Saint André. 1516.

In nomine Sanctæ, et indiuiduæ Trinitatis Amen. Nos Franciscus Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, Astensis Comes, et Ianuæ Dominus, ex una, Et nos Burgimagistri, Sculteti, Ammani, Consules, Communitates, Ciues, Patriotæ et Incolæ Ciuitatem, Patriarum, et Dominorum magnæ et antiquæ Ligæ superioris Alamaniæ, uidelicet de Thurgo, Berna, Lucerna, Vranea, Schuuitia, Vnderuualden supra et sub syluam, Zug, cum exteriori Officio, Glarona, Basilea, Friburgo, Solodoro, Schafhusea, et de Appenzel, Vna cum Domino Abbate, et Oppido Sancti Galli, Etiam Capitaneo, Maioribus, Castellanis, et Patriotis Patriarum triumLigarum Griseorum, et Vallesii, et Oppidi de Mulhusen,

ex altera parte.

Cunctis notum e manifestum facimus per Præsentes. Quod cùm inter nos differentia, et inimicitiæ, nec non guerrarum elevationes suscitatæ fuerint et in tantum protensæ quod ex illis homicidia, depredationes, incendia multaque insignia mala successerunt; Cordè ergo revolventes quánta damna, pericula, et mala universæ Christianitati ex huiusmodi divisionibus, et Cristiani sanguinis effusione, si in illis perseveratum fuisset, subsequentur. Necessarium et optimum existimavimus, si divinis et naturalibus Præceptis ac Legibus inhærentes, Pacem, quietem, tranquillitatem, et amicitiam ad futura damna prævenienda fortunas, laudes, salutesque nostras agendo, promoverimus, acceptaremus, et concluderimus. Ex quibus iustissimis, probis, et æquissimis rationibus, nos ambæ memoratæ Partes inclinatæ, In nomine Salvatoris nostri, (Qui amator et Protector est omnium pacificûm) pluribus et replicatis Diætis in ipsa Helvetia per

Oratores

Oratores nostros amicabiliter tentaui
mus de Mediis huiusce Pacis inuenien-
dis, Et nouissime diuina disponente
misericordia, in prædicta Vrbe Fribur-
gensi Vchtlandiæ, Parte nostra præfa
ti Regis Francorum, per Illustrem Do-
minum Renatum bastardum de Sa
baudia, charissimum auunculum nos
trum, Comitem de Villariis, et de Tende,
Consiliarium, et Cambellanum ordina-
rium, ac in nostra Prouincia mag-
num Senescallum, Gubernatorem, et
generalem Locumtenentem nostrum,
spectabilesque Dominos Ludouicum
Forbinum, Dominum de Soleriis, et Ca-
rolum du Plessis, Magistrum Domus
nostræ, Consiliarios, Oratoresque nos-
tros dilectos, ad infra scripta specialiter
Deputatos, Parte uero nostra præfato
rum Confoederatorum superioris
Alamaniæ, per Oratores nostros ex
singulis Cantonis et Colligatis Confoe-
derationis nostræ cum plenaria Potes-
tate destinatos, ueram stabilem, et
perpetuam Pacem, et Amicitiam stric-

tissimè acceptauimus, et conclusimus in forma, modis, et cum Punctis et Articulis inferius specialiter declaratis.
Et primò, Quòd per Media infrascripta debeant et censeantur totaliter pacificatæ, sedatæ, et concordatæ omnes inimicitiæ, similiter et omnes actus, quærimoniæ, et quærelæ, Quæ ex prædicta guerra à principio usque in hodiernum diem inter nos ambas Partes gitatæ fuerunt, tam homicidiis, rapinis, incendiis, uel aliis, quibuscunque modis, Sic et tali modo alteram pro se et suis nullo pacto temporibus futuris, debeat impetere, molestare, neque quærellare, Reseruatis tamen Actionibus, Causis, et Quærelis, si quas aliquis habeat, et ex huiusmodi guerris et illius dependentiis non procederent, aut nascerentur, cui uel quibus huiusmodi Actiones pertinere possint.
Secundò Debeant ambarum Partium captiui, siue sint in terra uel mari, in arcibus, oppidis aut alibi detenti, seu uenditi, absque aliqua taxatione et

sine damno liberari; Permittentes illis
ut sine aliqua molestia ad propria re=
dire et uenire possint.
Tertiò Quod pedites Ligæ nostræ ha=
bentes quærelas particulares erga Re=
giam Maiestatem (Que tamen ex hu
iusmodi guerra non processerint) Ius
eorum habere et quærere possint, casu
quo non desistere uellent, secundum
formam infrascriptorum Capitulo=
rum.
Quartò Quòd omnes qui post datam
Capitulorum inter foelicis recordatio=
nis Regem Ludouicum Duodecimum
et nos præfatos Confoederatos causan=
te Ducatu Mediolani initorum per
nos in Foedus uel Ciuilegium recepti
sunt, debeant gaudere Priuilegiis, et in
huiusmodi iustificatione stare, et ex
illis uti, exceptis tamen illis qui extra ter=
minos Confoederationis nostræ, et alte=
rius Nationis, et Linguæ quam Ger
manicæ sunt, et qui nobis non subiici=
untur.
Quintò Quòd Mercatoribus, et subditis

Confoederationis nostræ reseruentur, et confirmentur omnia Priuilegia, et Libertates in Ciuitate Lugdunensi, quemadmodum ea à foelicis recordationis Regibus Franciæ alias habuerunt et eis concessa sunt Et secundum eorum tenorem placet etiam nobis præfato Francorum Regi, Duci Mediolani, etc. intuitu, contemplatione, ac beneplacito prædictorum Dominorum Confoederatorum omnibus et singulis subditis nostris, cuiùs nominis, status siue conditionis existant, ex Ducatu, et Dominio Mediolani indulgere, qui pro seruitiis Domini Maximiliani Sphertiæ ad partes Alamanniæ profecti sunt, uel alia loca per dictos Dominos Confoederatos possessa receperunt, prout super huiusmodo Articulo Litteras speciales generaliter siue particulariter desuper concessimus, et concedemus, omnibus et singulis iis quibus earem erit opus, Ita ut absque læsione corporum et bonorum ad ædes proprias reuerti possint.
Sextò, Vt præfati Magnifici Domini Con-
foederati

foederati singularem nostræ Maiesta
tis in eos beneuolentiam sentiant, Nos
ipse Francorum Rex ~~Rex~~ eisdem Do=
minis Confoederatis propria liberali=
tate et in recompensam missionum
et expensarum quas in obsidione Vr=
bis Diuionis habuerunt, persoluere
et enumerare faciemus summam qua=
tuor centum millium scutorum bo=
ni auri de sole et cugni Franciæ Pari
ter et in recompensam missionum
et expensarum, in partibus Italiæ, per
præfatos Magnificos Dominos, Domi=
nos Confoederatos et suos habitarum,
ipsa Regia Maiestas, ultra iam dictam
summam persoluet cum effectu sum=
mam tercentum consimilium scu
torum, modis et terminis subsequen=
tibus Quibus quidem summis me=
diantibus sæpæ nominati Domini
Confoederati nihil à nobis petere et
quærelare habebunt ratione stipen=
diorum et aliarum expensarum ip=
sarum guerrarum præteritarum. Cum
autem de anno præterito iuxta con.

tentum Tractatūs Pacis futuræ et Foederis in Gebennis contracti (qui in præsenti Pace totaliter annullatus est) præfatus Christianissimus Rex summam ducentum millium scutorum auri de sole exoluere teneretur. De quibus etiam summam ——— aliquibus ex præfatis Dominis Confoederatis et eorum appendentiis soluerit, constantibus Litteris Quitationem desuper confectis, eadem summa sic exbursata ex quantitate septies centum millium scutorum defalcari debebit. Residuum uerò usque ad complementum ipsorum ducentūm mille scutorum, illis Dominis Confoederatis, et eorum pertinentibus, qui eorum ratam huc usque non receperunt, statim et in continenti uniuersaliter ab eisdem Dominis Confoederatis præsenti Pace exolui debebit. Deindè pro secundo termino, et nominatim prima die Mensis Ianuarii proximè futuri tenebitur ipsa Regia Maiestas ipsis Dominis Confoederatis uniuer=

saliter alia ducenta millia scutorum. Item pro tertio termino et pro anno millesimo quingentesimo decimo octauo prima etiam die mensis Ianuarii exoluere tenebitur Regia Magestas iterum ducenta millia scutorum. Et ultimo pro anno subsequente, qui erit decimus nonus post millesimum et quingentesimum, alia centum millia scutorum, Quibus terminis ita obseruatis uniuersalis summa praefatorum septingentorum mille scutorum totaliter persoluta esse censebitur. Quas quidem solutiones singulis terminis eadem Regia Maiestas suis propriis missionibus et expensis in Vrbe Bernensi procurare et reddere tenebitur. Et pro praemissis summis et solutionibus ita faciendis Letteras Obligationis in bona ualida et sufficienti forma praefatis Dominis Confederatis expedire.

Septimo, Vt praementionati Articuli Pacis firmitatem, robur et uigorem obtineant, iam dictae Partes cum Reg=

nis, Dominiis, Patriis, Terris, Iurisdictio=
nibus, subditis et Incolis nostris ex nunc
in antea inter nos quietè et pacificè
uiuere, nullaque alteram guerris, bel=
lis, uiolentiis, seu iniuriis quoquomo=
do grauare seu molestare debebimus.
Et pro meliori declaratione, et confir=
matione huius Pacis cautum est, quòd
si temporibus futuris inter nos ipsas
Partes, Intelligentes Superioritatem,
uel Patrias, subditos, siue homines
nostros differentiæ uel ambiguitates
suborirentur (Quod Deus auertat)
propter hæc neutra ambarum Par=
tium debebit, contra aliam sumere
uel suscitare bellum, immò debebit ta
lis Actus uel differentia sedari amica=
biliter, aut iuridicè secundum formam
Capitulorum infra scriptorum.
Octauò, Vt bona, et pacifica uoluntas, i=
mò iusta et firma Pax et Vnio durare,
et manere possint, neutra Partium de=
bebit alterius Partis inimicos scienter,
uel cum informata fuerit sustinere
uel in suis Iurisdictionibus, Dominiis,
aut Im

aut Imperiis fouere, comportare, aut eis aliquem passum concedere, Nos etiam præfatus Rex non debebimus aliquem ex nostris pedestrem neque equestrem armado inantea permittere aut concedere contra præfatos Confoederatos, aut eorum attinentes, subditos, Patrias, Dominia, et Terras eorum Confoederationis neque per nos ipsos seu alios Principes Dominos, uel Communitates contra eorum Patriam conducere, Immò debimus dum opus fuerit toto posse, sub poena corporis et bonorum istud prohibere, Et si qui contra facerent, illos totis uiribus uocare, et secundum eorum demerita punire.

Vice uersa non debebimus nos præfati Confoederati pro nobis ipsis, neque subditis nostris ullo pacto concedere, neque permittere aliquibus Principibus, Dominis, uel Communitatibus uolentibus ipsum Regem Christianissimum in suis Regnis Franciæ, Ducatu Mediolani, Dominio Ianuensi, Comitatu,

Astensi, uel aliis suis Patriis et Terris quae possidet citra uel ultra Alpes grauare, uel aggredi, Immò tenebimur huiusmodi prohibere sub poena corporis, et bonorum, Et si qui contrauenirent, et discurrerent, illos tota posse reuocare, et iuxta eorum demerita corrigere, Et his mediantibus erunt petita hinc indè auxilia nulla et cassa Quoniam utraque Pars fidei alterius eadem remisit.

Nonò Quòd ambarum Partium suorumque subditorum et attinentium Mercatores, Oratores Nuntii, serui, peregrini, et subditi, cuiuscunque status gradus, et qualitatis existant, cum eorum personis, mercantiis, rebus et bonis quibuscunque, in ipsorum Terris, et Dominiis benignitur recipiantur et pertractentur, Ita quòd ipsis liceat per dictas Terras, Patrias, et Dominia ire, proficisci, redire uersari, negotiari liberè et impunè, sine illicito impedimendi eis in personis et bonis inferendo. Et absque eo quòd pedagiorum et

aliorum onerum exactiones præter antiquitus solitum innouari debeant.
Decimò, Pro singulari beneuolentia qua præfatus Francorum Rex ipsos Dominos Confoederatos amplectitur, Regia sua Maiestas, eisdem Dominis Confoederatis tredecim Cantonorum et Patriæ Vallesii liberaliter expedire et persoluere faciet summam duorum millium Francorum Regis pro quolibet Cantono et Vallesiensi singulis annis, in Loco et Ciuite Lugdunensi, Et in festo Purificationis Mariæ proximè futuro incipereque debebit prima solutio. Quantum uerò illos de Liga Grisa concernit, Regia Maiestas in pensionibus persoluendis eos tractabit, prout per foelicis recordationis Ludouicum Regem Francorum Duodecimum tractati fuerunt.
Item et cum præmissis promittimus Nos prædictus Rex, pro honore et beneplacito Confoederatorum tredecim Cantonorum ultra prædictam summam adhuc singulis annis soluere duo mil-

lia francorum prout et quemadmo=
dum illam summam inter eorum
Colligatos ut infra patet diviserunt.
Nominatim Domino Abbati Sancti
Galli et hominibus ad suum Monaste-
rium spectantibus, et Comitatui de
Toggenburg sexcentum francos, quo=
rum cuilibet Parti trecentum franci
spectabunt Deinde Oppido Sancti Gal=
li quatuor centum francos, et Oppido
Multusen alios quatuor centum fran
cos; Item subditis Comitatus Grueriæ
sexcentum francos, quorum quatuor
centum Patriotis de Sanen, unà cum
omnibus aliis qui sunt ex superiori
parte ultra Botcam spectabunt Resi=
dui vero ducentum franci illis de Op
pido Grueriæ inclusis aliis omnibus
qui subtus Botcam sunt unà cum il=
lis de Mandamento Corberiarum, et
eius dependentiis pertinere debebunt.
Vndecimò, Quantum ad Arces Lugani
et Locarni ac Vallis Maynæ cum om=
nibus earum pertinentiis, declaratum
est, quòd nos præfatus Rex amicis nos=
tris præ

tris praefatis Dominis Confoederatis optionem concessimus, quòd ipsi infra anni spatium declarare possint si huiusmodi Arces, et Patrias retinere uel pro illis tercenta millia scutorum, prout prius inter nos locutum fuerat recipere uelint. Si ergo hanc pecuniarum quantitatem elegerint, non solum intelligendum est de Lugano, Lucarno, et Valle Maynae sed quòd Vallis Tellina, Clauena, et omnes aliae Arces et Patriae ad Ducatum Mediolani pertinentes, generaliter ad manus nostras praefati Francorum Regis, restitui debeant, Dempto Oppido et Arcibus Bellisonae cum suis pertinentiis in manibus nostris Vranensium, Schuuytensium et Vnderuualdensium sub silua existentibus et permanere debentibus. Et in huiusmodi summa tercentorum millium scutorum debebit tribus Ligis Griseis eorum rata contingere, prout uni ex tredecim Cantonibus.

Duodecimò Quòd illis de Bellinsona

Lugano, Lucarno, et Vallemaynae
cum omnibus eis pertinentibus, reser-
uentur et confirmentur omnia Pri-
uilegia specialesque liberalitates, quas
ipsi pro teloneis, emptione salis gabellis,
et aliis rebus hactenus ab uno Duce
Mediolani et in illo Ducatu habuerunt,
et gauisi sunt Ita quòd omnino iuxta
ea manere debeant.

Tredecimo, Vt haec laudabilis Pax et ui-
cinabilis amicitia maligni inimici
fraude in futurum non turbetur, claré
loquutum et conclusum est, Quod haec
Pax inter Reges et Coronam Franciae
et praefatos uniuersales Dominos Con-
federatos in omnibus Punctis et Ar-
ticulis perpetuò manere, et durare
debeat.

Et pro parte nostra Francorum Re-
gis in praemissis omnibus et singu-
lis reseruantur Sanctissimus Domi-
nus noster Leo Papa Decimus, Sanc-
ta Sedes Apostolica, Sacrum Roma-
num Imperium, Serenissimi Reges,
Rex Hispaniae, carissimus gener noster,

ac Angliæ, Scotiæ, Nauarræ, et Daciæ, Illus-
trissimus Sabaudiæ Dux, auunculus nos-
ter dilectissimus Illustrissimi Duces Lo-
tharingiæ, et Gueldriæ, nec non Illustre
Dominium et Communitas Venetorum
Inclita Domus de Medicis, Dominium
et Communitas Florentiorum, ac Re-
uerendus Dominus Episcopus Leodi
ensis, aliique omnes qui nobiscum us-
que hac Foedus et Amicitiam contra
xerunt. Tali uidelicet forma, Si et quan
do præfati Domini Confoederati mag
næ Ligæ amici nostri prænominatos
Sanctissimum Dominum nostrum,
Sedem Apostolicam, Romanum Impe-
rium, siue alios prænominatos Confoede
ratos nostros in eorum Dominiis, ac Pa-
triis quæ possident aggredi et bellum
eis inferre uellent, quod nos tunc eis
dem Dominis Confoederatis nostris foe-
dera, et Vniones antè datum Præsentium
acceptas, honestè, fideliter, et realiter ser
uare, nec non promissionibus nostris
satisfacere uelimus, Si uerò casus acci
deret quòd præfati Domini, et Confoe-

derati nostri reseruati prædictos Domi-
nos Confoederatos magnæ Ligæ superio-
ris Alamaniæ in eorum Terris et Domi-
niis quæ possident, ut supra in octauo
Articulo continetur, aggredi, et ita eis
bellum inferre uellent, tunc non debe-
bimus nos præfatus Rex Francorum
permittere quod subditi nostri contra
ipsos Dominos Heluetios proficiscantur
prout in octauo Articulo specialiter de-
claratum est, Iuxta cuius tenorem hæc
manere debebunt, omnibus dolo et frau
de exclusis.

Parte uerò et nomine præfatorum Mag-
nificorum Dominorum Confoederato
rum reseruantur: Sanctissimus Domi-
nus noster Leo Papa Decimus Sancta Se
des Apostolica, Cæsarea Maiestas Sacrum
Romanum Imperium, Inclitissima Do-
mus Austriæ, Illustrissimi Sabaudiæ Du-
ces, et de Wirtenberg, Illustris Dominus
Laurentius, et Domus de Medicis, Ciui
tas, et Status Florentiæ, ac Magnificus
Dominus de Vergies, Marescallus Burgun
diæ, antiqua Foedera nostra, et cæteri om
nes, cum

nes, cum

nes, cum quibus usque hac Foedus et Ciuilegia contraximus. Tali uidelicet forma, si et quando Christianissimus Francorum Rex praenominatos Confoederatos nostros in eorum Dominiis et Patriis quae possident aggredi et bellum eis inferre uellet, quòd nos tunc eisdem Dominis Confoederatis nostris reseruatis Foedera, et Vniones antè datam Praesentium cum eis acceptas, et alias obligationes nostras, honestè, fideliter, et realiter seruare, nec non promissionibus nostris satisfacere uelimus, Si uero casus accideret quod praefati Domini, et Confoederati nostri, praefatum Regem Franciae in suis Regnis, uel aliis Dominiis quae possidet, ut supra in octauo Articulò continetur, aggredi, et ita bellum ei inferre uellent, tunc non debebimus nos praefati Heluetii permittere quòd subditi nostri contra praefatum Christianissimum Regem proficiscantur, prout in octauo Articulo specialiter declaratum est, Iuxta cuius tenorem hæc

manere debebunt, omni dolo et fraude
exclusis
Et quia in præcedentibus Articulis lo
cutum est Quòd Actiones et differentiæ
inter nos ambas Partes et ambarum
Partium subditos amicabiliter, aut iu
ridicè terminari debeant, secundùm
contentum et tenorem Capitulorum
alias inter foelicis recordationis Ludo
uicum Regem Duodecimum, olim Du=
cem Mediolani et nos prædictos Confoe
deratos compositorum, scriptorum, et sigil=
latorum, qui amodo in antea inter nos
et nostros usitari, et obseruari debebunt.
Videlicet, Quod ne inter nos defectu Ius
titiæ quicquam quærellarum dissen=
sionumque emergat, clarissime loquu=
tum est, quod si ullo unquam futuro
tempore inter nos præfatum Regem,
et memoratos Confoederatos generali
ter, uel particulariter, siue Dominia aut
subditos nostros aliquæ questiones, dub
ietates uel quærelæ suscitarentur, qua
licunque occasione, quòd tunc, et eo ca=
su, pro huiusmodi differentia sedanda

qualibet nostrarum Partium sibi eligat et assumat duos probos, et idoneos uiros Iustitiæ cultores, Deumque timentes, in Arbitros, uel Commissarios suos. Qui quatuor Arbitri uel Commissarii ambabus Partibus Controuersiam habentibus Diem Iuridicam statuere et intimare teneantur. Et nominatim si huiusmodi questio, aut differentia, de qua ageretur procederet pro rebus, bonis uel Actionibus bonorum uel personarum in Regno Franciæ aut aliis Partibus citra montes existentibus, qualiscunque Partis Actor uel Reus fuerit debet Locus huiusmodi Iuris determinationis notificari in Oppido Paterniaci, Si uerò huiusmodi differentia procederet causandis bonis uel personis in Ducatu Mediolani et aliarum Patriarum ultra alpes sitarum, debebit Locus talis Determinationis notificari et assignari in Loco de Boleis dicto, apud Claustrum Quo in quidem loco ipsi quatuor Arbitri, ambæque Partes uel eorum sufficientes Procuratores comparere tenebuntur Et in primis

tenebuntur ipsi electi Arbitri ad Deum et Sanctos eius iurare, quòd ambas Partes et eorum Iura fideliter audient, et in huiusmodi Actionibus iustè et rectè procedent, et desuper iudicabunt, non amore uel odio ducti, sed iuxta eorum meliorem intellectum. Tamen poterunt primum tentare de consensu ambarum Partium ad differentiam amicabiliter sedandam. Quòd si huiusmodi Consensum minimè obtinere possent tenebuntur ut supra illam differentiam secundùm Iuris rigorem et conscientiarum suarum exonerationem, Deum præ oculis habentes, infra mensis spatium post datam incepti Iudicii terminare. Ita tamen quòd antè omnia dicti quatuor Arbitri medio tempore Iudicii ab omni uinculo Iuramenti absoluantur, quo nobis partibus uel alteri earumdem astricti essent, uel forent. Et quòd prædicti Arbitri per Dominos et Superiores suos ad prædictum onus in se suscipiendum cogantur et astringantur. Et quicquid tunc per ipsos quatuor Arbitros uel ma-

maiorem

iorem eorum partem sententiatum et declaratum fuerit, tenebuntur ambœ Partes ratum et gratum habere et obseruare, omni Appellatione et impedimento cessantibus. Si uerò in componendo uel iudicando ipsi Arbitri forent discordes, ita ut maior eorum pars non apparèret, sed bini et bini in pronuntiatione discreparent, tunc potest Actor, Causa ita pendente, quintum Coarbitrum, Partibus tamen non suspectum et ut supra probum et honestum in propinquioribus locis et magis commodis ut pote in Ciuitate Curiensi aut Patria Vallesii (quæ sit spectabilis persona, et de Consilio eiusdem loci) eligere et assumere. Quem quintum Coarbitrum ambœ Partes rogare tenebuntur ut onus prædictum in se suscipiat, Similiter et suos Dominos Superiores rogare ut ad suscipiendum huiusmodi onus eum cogant, et astringant. Qui quidem quintus Coarbiter in omnibus et per omnia iu

rabit, prout de aliis quatuor supra dictum est. Et quicquid per praenominatos quatuor Arbitros, et quintum Coarbitrum aut maiorem eorum partem amicabiliter uel iuridicè iudicatum, declaratum, uel ordinatum fuerit, tenebuntur ambae Partes firmiter obseruare, absque aliqua Appellatione, uel contradictione. Ita tamen quòd ambae Partes ad huiusmodi amicabilem Compositionem consensum eorum dedissent. Et si una Pars per se uel eius sufficientem Procuratorem coràm praefatis Arbitris negligentur aut sine iusta causa compare sperneret, debebit illa in Causa principali una cum missionibus et expensis subiacere, Et quotiescunque quintus eligetur Coarbiter, tenebitur infra mensis spatium post eius electionem in uno praedeterminatorum locorum Sententiam suam definitiuam dare.

Et ut ab utraque Partè commodiùs agatur, cautum est, ut non possit per

aliquam nostrarum Partium aut sin=
gularem personam earum, quauis
occasione, aliqua diffidentia guerræ
attentari siue bellum moueri, nec ali
quæ nouitates fieri, sed ambæ Partes
pareant Ordinationi, Cognitioni, Sen
tentiæque, et Declarationi præfato=
rum Arbitrorum, iuxta prædictam
formam, sub poena amissionis Cau=
sæ, et expensarum.
Si autem priuatis personis Domi-
niorum, Mandamentorum et Dis-
trictuum nostrorum Confoederato=
rum Actiones aut quærimoniæ in
præfatum Christianissimum Regem
competerent pro Causis uel bonis ci
tra uel ultra Alpes existentibus, qua
cunque occasione id eueniret, tunc
debebit talis Actor Actionem suam
Dominis et Superioribus quibus sub=
iicitur exponere, et particulariter de-
clarare, quòd ipse debitum Ius uel
quærimoniam eius à præfato Chris-
tianissimo Rege, uel suis Officialibus
in Regno Franciæ uel in Mediolano

minimè obtinere possit. Et si tunc nos
ipsius particularis personæ Actricis
Domini et Superiores cognosceremus
et declararemus, quòd hæc Causa bo
na, iusta, et ad petendum honesta sit,
debebimus tunc Regiæ Maiestati no=
tificare quòd nos illius Actricis perso=
næ Iura uiderimus, et suam Petitio=
nem non indebitam existimaueri
mus, et Maiestatem suam desuper rogando et
monendo ut nostrati satisfaciat. Et si
per Regiam Maiestatem tali Actori
Expeditio facta fuerit, de qua habea
mus debitam contentandi occasio=
nem, debebit tunc talis Agens per=
sona stare tacita et quieta, et inan=
tea Regiam Maiestatem et eius sub=
ditos citra uel ultra Alpes residen=
tes non ulterius molestare, siue quæ=
relare. Et si tamen Regia Maiestas
tali personæ pro petitione sua mini=
mè satisfaceret tunc poterit talis
Artrix persona eandem Regiam Ma
iestatem coràm Arbitris, et quinto
Coarbitro, prout in Articulo de expe=
ditione

ditione Iuris, nos ambas Partes concernente declaratum est, convenire, et in eodem loco quod iustum et æquum fuerit obtinere. Ita tamen quod neutra Partium nisi unum Coarbitrum in Civitate Curiensi seu Patria Vallesii, qui de Consulibus et Partibus minimè suspectis eligere habeat. Et quicquid tunc amicabili Compositione (obtento tamen ambarum Partium consensu) sive Iudiciali Cognitione per præfatos quatuor Arbitros et quintum Coarbitrum ordinatum seu iudicatum fuerit, debebit firmiter observari, omni Appellatione semota.

Et è converso si contingat privatas personas Nobis præfato Regi, Duci Mediolani subiectas in nos præfatos Confoederatos, Petitiones et quærelas habere, unde quoque eædem procederent debebit Pars Actrix coràm Arbitris, et media persona, loco et tempore Causam suam fovere, et prosequi, prout in proximo præcedenti

Articulo continetur.
Præterea conclusum est, Vt omnes ambarum Partium subditi in breuem et succinctam solutionem debitorum confessorum, aut quæ Litteris siue sufficienti Testimonio approbarentur, et solutionis terminus expiratus esset, induci et coarctari debeant Vt ille cui debitum pertinet, meritam possit habere Causam contentandi. Et casu quo debitoris facultas ad hæc non suppeteret, teneatur Officialis seu Iudex Ciuitatis, uel loci ubi debitor residentiam habuerit ad Requisitionem Conquærentis contra eundem debitorum Iustitiæ rigorem ministare, secundùm loci aut Patriæ Consuetudines, et Statuta.
Sed de omnibus aliis Actionibus, impetitionibus, et quærelis, quæ inter subditos seu priuatas personas nostras oriri possent undequaque deriuentur, teneantur et debeant Actores cuiuscunque Partis Ius quærere eo in loco, penes quem Reus residen

tiam habuerit, Ita et ea conditione quod Dominium illius Rei omninò procurare, et Officialibus suis aut eorum Locumtenentibus committere habebit, ut ipsi Actori summariè, simpliciter, de plano, et absque prolongatione Iustitia ministretur. Sic quòd spatio decem dierum Expeditio finalem habeat effectum, nisi ipsa Causa consensu Partium aut euidenti Occasione, uidelicet in producendis Testibus, (qui durante ipso termino decem dierum comparere non possent) prorogaretur. Et si Iudex Loci maliciosè Sententiam distulerit, aut Reus tergiuersatione uteretur quod tamen nos præfatus, Rex Franciæ, Mediolanique Dux et etiam nos prænominati Confoederati pro posse nostro prohibere tenebimur, et uolumus, tunc tenebitur Iudex, aut Reus, in quo defectus Iustitiæ appareret Parti agenti omnes missiones et expensas ob id sustentas exoluere. Et nihilominus poterit Actor qui se ita sentierit fore grauatum Cau

sam suam ad Audientiam Superiorita=
tis, seu Dominii, cui Reus subiicitur, dedu
cere, et hanc Quaerimoniam et Graui=
tatem siue eorumdem circumstantias
manifestare Et eo facto, si Requisitio in
praenominatum Regem, Mediolani Du
cem, accepta fuerit, debemus Causam ip
sam, Consilio nostro secreto, aut aliquibus
ex eisdem committere, et cum effectu
procurare, ut Actori in decem postea
diebus ab eisdem in Causa principali at=
que expensis finalis et Iurisdictionalis
Decisio et illius Decisionis satisfactio e=
mergat. Et casu quo id non fieret, po
terit tunc talis persona Agens, si à
Dominis suis concedatur, in loco
Paterniaci, aut Boleis, siue Claustri,
et coram Arbitris, et Iudicibus, mo
dis et forma praedictis tractare, et
finire.
Pariter et uiceuersa Si Reus sub Man
damento nostrorum Confoederato
rum resideret, et ab Actore subdito
praefati Christianissimi Regis, Ducis
que Mediolani, huiusmodi Iuris Requi=
sitio

sitio Nobis Confoederatis fieret, cuicunque Cantono uel Nobis Colligatis praemissis talis subiiceretur, debebimus Nos ipsius Actoris Causam fideliter considerare, et pro expeditione eiusdem omne et totum id perficere, quod hanc in partem Christianissimo Regi, Ducique Mediolani, aut eius Regio siue Ducali Consilio ut supra in proximo Articulo continetur, incumbit.

Praeterea debebimus Nos saepe dictus Rex, Duxque Mediolani omnes subditos nostros in eodem Ducatu commonefacere, et sub poena grauissima eis demandare, ne Mercatoribus et subditis praefatorum Dominorum Confoederatorum, amicorum nostrorum, impedimento sint, quo minus merces suas quocunque nomine uocentur, uendere aut alienare possint. Eisdem insuper inhibentes ne inter se aut respectu aliarum extranearum personarum quicquam Practicae, Statuti, aut Ordina-

tionis palam siue occultè instituant
Vt ipsis Mercatoribus et subditis libe=
ra emendi, et uenum dandi facultas
amittatur. Et si aliter actum fuerit,
quod tunc talis ad alterius Partis Re
quisitionem ad condemnationem
perditionum, et expensarum ob id
sustentarum arctari et compelli de
beat.

Etiam conuentum est, si aliquis in
Ciuitate, et Ducatu Mediolani pro
aliquibus debitis siue aliis iustis ra=
tionibus, Petitionibus, aut quærelis,
carceribus introduceretur, et talis
detentus per Iudicem fraudulenter,
et sine scitu, uoluntate, aut admissio=
ne illius, ad cuius instantiam deten=
tio facta fuerit, relaxetur, absque eo
quòd Creditori de debito seu quæri
monia satisfactio siue sufficiens fi
deiussio præstita uel debitum ad
manus fideles depositum fuerit, Tali
Casu ipse Iudex, siue Officiarius, à
quo incarcerati relaxatio fieret, ad
debiti seu prætensæ Actionis satisfac=

tionem obligabitur.

Item quicunque nostrarum Partium subditus alteri ex subditis alterius solutionem missionem et expensarum promiserit, et illud sufficienti hominum uel Litterarum testimonio approbetur; uolumus ut talis uerba factis corroborare, et sic huiusmodi expensarum onus in se suscipere debeat, una cum principali summa. Omni Priuilegio, Ordinatione Iuris seu Statuto in contrarium militanti post posito.

Nos, neque subditi, ab utraque Parte non debebimus alterutrius Partis subditos barrare, arrestare, pignorare neque detinere, nisi pro debitis confessis, uel quorum Obligationes per Litteras autenticas ostendi aut sufficienti testimonio probari possint; uel pro atrocibus delictis, si quæ per aliquem fuerint in aliquibus nostrarum Partium finibus perpetrata. Et quicunque contra fecerit, tenetur Parti conquærenti in restitutionem om-

mium missionum et expensarum indè habitarum.

Et quia nos præfatus Francorum Rex Dux Mediolani, ex toto animo deside=ramus præfatis uniuersalibus Confoe=deratis, specialissimis amicis nostris, in maiori liberalitate occurrere, eisdem tenore Præsentium eorum introduc=tam libertatem et immunitatem in Ducatu Mediolani confirmauimus et concessimus Ita quòd omnes et sin=guli earum Ciuitatum, Patriarum et Colligatorum in præsenti Pace et ami=citia nominatorum Ciues, Patriotæ, subditi, Oratores, Nuntitii, Peregrini, No=biles, uel ignobiles equestres, et pedestres, cuiuscunque nominis, Status, aut con=ditionis fuerint, cum eorum corpori=bus, per totum Ducatum nostrum Mediolani liberè et securè, et absque ali=qua molestia ire, proficisci, et redire ualeant, et cum eorum mercimoniis rebus, et bonis suis natis et nascituris, uel ab eis fabricatis, et compositis, seu fabricandis et componendis, in Terris

nostri

nostri præfati Regis et Ducis Mediola=
ni, seu in præfatorum Dominiorum
Confoederatorum sive eorum Colliga:
torum prædictæ Ligæ Alamaniæ su=
perioris Terris, Dominiis, et Patriis.
Sic quòd ea per totum Ducatum Me
diolani, usque ad fossata Civitatis Me=
diolani exclusive ducere, et conduce=
re, emere, et vendere possint, et uale
ant, absque aliqua solutione telonei,
datii, gabellæ, cæterarumque in hanc
partem exactionum seu onerum
solutione, Sive earum dem solutio
Nobis præfato Regi tanquam Du
ci Mediolani, aut ipsius Ducatus
nostri Ciuitatibus, Comitatibus, Ba=
ronibus, Communitatibus, uel priua
tis personis competat, Cuius exemp=
ti, immunes et absoluti esse perma=
nere debent, Attamen debebit telone
um intra fossata Vrbis Mediolani ut
supra reseruatum non aliter tracta=
ri uel exigi quam prout hactenus
est usitatum Et ut omnis error et dif
ficultas tollatur, uolumus nos præfatus

Rex Duxque Mediolani, ut etiam de
equis, bobus cæterisque omnibus nul
la solutio telonei, ut supra exigatur;
non obstante ubi nata aut ex quibus
partibus conducta fuerint.
Et cum his declaramus nos præfatus
Rex Francorum, Duxque Mediolani;
et nos præfati uniuersales Confoede
rati, quòd hæc libertas atque utilitas
nulli liceat aut quis ulla uti siue gau=
dere debeat, nisi qui in ista Pace decla=
rantur, et earum Ligæ superioris A-
lamaniæ uel eorum subditi sunt.
Et quia nos Franciscus Francorum
Rex, Etiam nos Confoederati Vrbi-
um et Patriarum altæ magnæ Li=
gæ Alamaniæ superioris, hunc ip=
sum Tractatum Pacis, et Amicitiæ, E
tiam præmentionata Capitula per
Oratores nostros, et ex Commissione nos-
tra, ut supra ordinata, et conclusa pro-
nobis successoribus hominibus et sub-
ditis nostris iniuimus, et acceptaui=
mus, eademque harum uigore appro=
bauimus, ratificauimus, et confirma=

uimus. Quare promittimus nos iam
dictus Franciscus Francorum Rex
sub Regio nostro honore, Nos uero Con
foederati Vrbium et Patriarum prae=
fatarum bona fide pollicemur supra
dicta Capitula Pacis et Amicitiae, ea-
que omnia in his Litteris contenta
rata, grata et firma habere, et obser=
uare, nec contra eadem quoquo mo=
do facere, dicere, uel uenire, omni do-
lo et fraude exclusis.
In quorum omnium robur, firmi-
tatem et euidens testimonium Nos
praefatus Francorum Rex Sigillum nos
trum Regale, Nos uero praelibati Con-
foederati, Videlicet de Thurego, Berna,
Lucerna, Vranea, Schuuitia, Vnderual
den supra et sub syluam, Zug cum eis
ad se pertinentibus, Glarona, Basilea,
Friburgo, Solodoro, Schaffhusen, et de
Appenzel, Sigilla Vrbium et Patria=
rum nostrarum Vna cum Sigillis Do-
mini Abbatis, nec non Oppidi Sancti
Galli, Etiam Patriotarum trium Li:
garum in Churualen, et Vallesiensi

um et oppidi de Mulhusen, his Litte=
ris duplicatis (Quarum unas nos
Francorum Rex manibus nostris
recepimus, Nos uero Confoederati
de Liga alteras nobis retinuimus)
appendi fecimus.

Actum et conclusum in prædicta
Ciuitate Friburgensi, die Sabbathi,
Vigilia Sancti Andreæ Apostoli, Anno
à Natiuitate Domini currente mil=
lesimo quingentesimo decimo sexto.



Traicté de

1499

Traicté de Confederation et Alliance de Louis XII. Roy de France, auec les Cantons de Suisse. l'an 1499.

Nos Magister Ciuium, Sculteti, Ammani, Consules et Communitates Ciuitatum, Oppidorum et Prouinciarum magnæ et uetustæ Ligæ Confœderatorum Alamaniæ superioris, videlicet Thurengi, Bernæ, Lucernæ, Vraniæ, Suitiæ, Vndervalden supra et infra Syluam Zug cum Officio sibi annexo Glaronæ, Friburgi, et Soloduri. Notum facimus uniuersis præsentes Literas inspecturis. Quia inter diuæ memoriæ Christianissimos Francorum Reges, maioresque nostros, et Nos, sincera fides Fœderum, unio, intelligentiarumque uincula à uetustissimis annis huc usque extiterunt, quæ pro conseruatione Status, utriusque Deo largiente fœliciter

profuerunt. Cupientes itaque hanc integerrimam fidem et sinceræ beneuolentiæ inuiolatam amicitiam ultrò producere, qui utrarumque partium status et firmitatem retineat et aduersus hostes nostros robur suscipiat efficacissimum, præfata Fœdera, uniones que et intelligentias cum Christianissimo, Serenissimo, et inclitissimo Principe, Domino Ludouico Francorum, Siciliæ, et Hierusalem Rege, Duceque Mediolani pro Maiestate sua, Regnoque, Dominiis, et subditis eiusdem acceptauimus, et conclusimus pro nobis, Dominiis, Terris et subditis nostris in hunc qui sequitur modum Videlicet quòd præfatus Christianissimus Rex ex sua singulari clementia nobis harum uigore promisit et pollicetur aduersus omnes et quoscunque, fidele auxilium, iuuamen et defensionem suis propriis impensis

Prœterea quòd Maiestas Sua pro Sua in nos pietate, Consœderatione durante decimo à dato Præsentium immediatè computando singulis annis in festo Purificationis Beatæ Mariæ proximè uenturo incipiente. Nobis aut Procuratoribus nostris super hoc Mandata specialia habentibus in Ciuitate Sua Lugdunensi expediri et dari disponat et teneatur per modum Pensionis annuæ uiginti millia francorum æqua portione inter nos diuidendorum. Videlicet pro singulo Pago memoratæ Ligæ nostræ duo millia francorum dictorum

Ad hoc si ullo tempore bella nobis aduersùs quemcunque hoc fuerit pro quibus Maiestatem suam Regiam pro auxilio habendo requireremus; et eadem suis propriis guerris occupata nobis succurrere non ualeret. Eò tunc quò magis ipsas guerras nostras continuare ualeamus, cum easdem manu efficaci prosequen-

mur, debebit Majestas Sua nobis singulis annis expedire octuaginta millia florenorum Renensium quos per quatuor partes anni in Ciuitate Sua Lugdunensi, uidelicet pro qualibet parte anni uiginti millia florenorum numerari faciet in Subsidium hujusmodi bellorum nostrorum Supradictorum, summa Pensionis annuæ non derogata, aut diminuta quæ nihilominus suis terminis, ut præfertur præstari debet.

Si uerò Rex ipse pro suis negotiis et bellis ubi eadem fuerint auxilium nostrum requirendum duxerit debebimus nos Majestati suæ numerum uirorum armatorum, pro ut nobis honestum et possibile fuerit impendere, nisi propriis bellis occupati ad præmissum auxilium impediti fuerimus. Et nihilominus nostratibus Regi sponte inseruire cupientibus permittere ut ad auxilia Majestatis suæ proficisci ualeant, ex

pensis

pensis, tamen et stipendiis Regiæ
Maiestatis suæ, quo nostros enim ha
bebit respicere milites, prius enim re:
quisitis

Cuilibet igitur armatorum nostro-
rum pro Mensis spatio annum duo
decim menses supputantes pro stipen-
dio consueto contribuere debet aureos
Renenses quatuor et medium.

Quæ quidem stipendia quamprimum in
illos domo ègredi contigerit initium
sument.

Et quando Maiestas Regia huiusmo:
di auxilia requirenda duxerit tria
continua stipendia nostratibus debe
bit. Quorum primum in Ciuitatibus
Thuregiensi et Lucernensi, reliqua
uerò duo in Ciuitate Gebenensi aut genere
alio loco apto uenient exsoluenda

Nostratibus quoque reseruatæ sunt
omnes et singulæ immunitates et
Priuilegia, quibus cæteri Regis sti:
pendiarii gaudent et potiuntur.

Quòd si nos ullis temporibus bella propria gerentes cum hostibus nostris Pacem seu Inducias sicut et possumus fecerimus, tenebimur Regiam Maiestatem suam specificè et singulariter reseruare et includere, et illam ut nos ipsos prouidere. Pariter si Rex ipse cum hostibus suis Pacem seu inducias pro ut potest firmauerit, debebit Maiestas sua nos ipsos expressè reseruare et includere, et nos sicut se ipsum prouidere.

Et si iuxta rerum præsentium dispositionem bellis inuoluti fuerimus, eò tunc incontinenti Rex ipse erga communes hostes nostros cum potentia et manu efficaci guerras mouere; et hæc operari quæ sibi et nobis commoda existunt, et bellorum conditio requirit.

Et quò hæc amicitia et indissolubile fœdus eò melius seruetur non permittemus, sed prohibebi

mus ut aliqui subditorum nostrorum quibuscunque conditionibus id fuerit, contra Regem ipsum durante isto Fœdere, arma sumat, aut alicui quocunque pacto auxilium præstet, et fauores, qui præfatæ Regiæ Maiestati guerras quascunque facere uellet Quod si Mandata nostra spernentes (quæ sub acriori pœna fiet) secus fecerint omnes rebelles pro demeritorum suorum dispositione castigare debebimus.

Ad hæc tractatum est quod si aliquos nostratum ultra numerum à Rege petitum ad seruitia Regiæ Maiestatis suæ proficisci contigerit, quòd nulla eisdem Regia Maiestas stipendia præstare debebit

Demùm in omnibus et citra hæc pro parte nostra excipimus et reseruamus Sanctam Sedem Apostolicam, Sacrum Romanum Imperium, omnesque et singulos cum

quibus Foedera, uniones, intelligenti-
as et obligationes Litteris et Sigil-
lis nostris munitas contraximus.
Qua reseruatione non obstante his
confitemur cum Domino Ludoui-
co Maria Sforcia et hæredibus suis
nullam habere Confoederationem in
telligentiam seu unionem quascun-
que dolo et fraude penitus seclusis.
In cuius testimonium præsentes Lit
teras Sigillis Vrbium et Commu-
nitatum nostrarum præfatarum
in robur et euidentiam omnium
præmissorum communiri fecimus
Datæ Lucernæ 10. Martii anno
1499

Traicté de Paix de Confederation et Alliance entre François I. Roy de France et les Cantons de Suisse et leurs Alliez. A Geneue, l'an 1515. le 7. Nouembre 1515

Nos Petrus de la Guice, Dominus dicti loci Miles Balivus Matisconensis et Senescallus Lugdunensis Consiliarius et Cambellanus ordinarius Christianissimi Domini Francisci Francorum Regis, Anthonius le Viste, Dominus de Fresne, Miles, Consiliarius et Magister ordinarius Requestarum Hospitii, et Andreas le Roy Silentiarius et Secretarius iam dicti Christianissimi Regis Nomine et Mandato sufficienti eiusdem Regiae Maiestatis, ad ea negotia quae subsequuntur peragenda et expedienda Ordinati et Deputati Oratores ex una. Et Nos Iacobus Grebel, et Conradus Engelart ex Consulibus de Thurego, Guilhel

mus de Dießbach, Miles, Sculietus Iacobus de Vattenuuil olim Sculte-tus, et Bartholomeus de Madiis, ex Consulibus Bernensibus, Petrus Zu-Rais, Melchior zur Gilgenn, et Wern-nherus de Meggenn, Miles ex Con-sulibus Lucernensibus, Ioannes Och-ser de Vrania. Ioannes Werhnli, Buri de Scuuiz, Petrus Wirtz Ammanus, et Ioannes de Enuuil, de Vnderuual-denn supra Syluam, Gaspardus Zel-ger de Vnderuualden sub Sylua, Tho-mas Stocker et Conradus Nußbeu-mer de Zug, Ioannes Michel de Gla-rona, Leonhardus Grieb Doctor, et Ioannes Galitian de Basilea, Ru-dolphus de Pravoman, Sculietus, Io-annes Fächterman ex Consulibus, Petrus Bungiet Thesaurarius, et Io-annes Godion Burgimagister Fri-burgensis, Nicolaus Conradi Sculte-tus, Benedictus Hugi Thesaurarius antiquior, Ioannes Solli, olim Ban-deretus, et Petrus Hebelt ex Con

sulibus Solodorensibus, Ioannes Ziegler de Schaffhusenn, Laurentius Sutter Ammannus et Vdalricus Täsler de Appenzell, Ioannes Carli de Chur, de Liga Grisea Christianus Suder de Sancto Gallo, Ioannes Schebinger nomine Domini Abbatis et hominum Monasterii eiusdem loci de Sancto Gallo, et Ioannes Werra nomine Patriotarum Vallesiæ nominibus Dominorum et Superiorum nostrorum pariter ad ea negotia quæ subsequuntur peragenda et expedienda deputati et ordinati Oratores altera parte; Præsentium tenore notum fieri volumus pariter et manifestum, Quòd cùm variæ quæstiones dissensiones guerrarumque turbines et insultus inter Christianissimum Dominum Franciscum Francorum Regem ex una, et præfatos Magnificos Dominos magnæ aliæ et veteris Ligæ Alemaniæ altera parte fuerint exortæ. Ex quibus etiam multa mala

et incommoda homicidiis, incendi-
is rapinis, et aliis excessibus in am-
barum Partium, eorumdemque Sub-
ditorum et Colligatorum non modi-
cam iacturam, perniciem, et grava-
men processerunt, Vnde tamen Il-
lustrissimo et Excellentissimo Prin
cipi et Domino, Domino Carolo Sa-
baudiæ et cæt. Duci qui antedicto
Christianissimo Regi arctissimo San-
guinis nexu et obseruantia præfa-
tis uerò Magnificis Dominis de Li-
ga indissolubili Fœdere deuincitur,
placuit ueterem et antiquam illam
Vnionem et Amicitiam qua antè dic-
tæ Partes iungebantur, quantum
que eadem utrisque Partibus pro-
fuerit, etiamque utilitas et commo
ditas sola Pace prouenit considera
re. Volens id quod aliquandiu cre-
bris inimicitiis agitatum fuit ue-
ra pace et amicitia reparare, antè
dictas ambas Partes pia persuasio-
ne sua inducendo et commonendo

ut Nos

ut Nos tanquàm Oratores, et Mandatarios in hanc Vrbem Genebensem deriuarunt. Tàndem ductu, suasu, et opera præfati Illustrissimi Domini Ducis, qui à dictis Partibus tanquam fidus electus fuit Mediator, bona et matura præhabita Deliberatione, ad infra scripta Pacta Capitula et Conuentiones, diuina fauente clementia, deuenimus, eaque acceptauimus, et firmauimus, modis et formis qui subsequuntur et tales sunt

In primis quòd inter Christianissimum Dominum Franciscum Regem Franciæ ex una parte et Magnificos Dominos magnæ Ligæ Alemaniæ superioris altera parte, hinc inde cessent omnes inimicitiæ diffidationes, et guerrarum turbines quòd omnes et singulæ Actiones, querelæ, impetitiones, quæ quomodolibet oriri, prouenire et fieri possent ex dictis guerris hactenus inter Partes habitis et agitatis siue id

sit ex homicidiis, rapinis, incendiis, et aliis excessibus mediis subsequentibus, omninò cassatæ, irritæ, pacatæ, nullæ et abolitæ sint et esse debeant. Ita ci taliter quòd occasione ipsarum neutra ante dictarum Partium alteram per se uel suos ullo unquam tempore, quomodolibet inquietare perturbare aut impetere possit seu ualeat Cæteris tamen Actionibus et querelis quæ ex dictis guerris et eorum dependentiis non processerunt cui uel quibus competere dignoscantur exceptis et reseruatis.

Item debebunt omnes et singuli præfatarum Partium armati subditi coniuncti et attinentes per ipsos uel suos uel in terris aut in mari detenti capti seu uenditi prorsus et omnino relaxari. Et ex eo præfatus Christianissimus Rex quoscunque Heluetios eorumque attinentes Confoederatos et coniunctos penes Regiam Ma

iestatem, aut eiusdem Officiarios, Milites, Capitaneos coniunctos et Confoederatos ut supra detentos captos seu uenditos impunè et sine aliqua compositione exactioneque liberari faciet. E is de Litteris securitatis et salui conductus prouidendo ut inde tutè et absque molestia corporum et bonorum ad proprias ædes redire ualeant. Ea tamen lege et conditione ut præfati magnifici Domini et Confoederati erga ante dicte dictum Christianissimum Regem obligati sint respectu subditorum et seruitorum suæ Majestatis suorumque adhærentium, etiam illos de Cuneo Illustrissimo Domino Sabaudiæ Duci subditos et in Vrbe Bernensi detentos eosdem pariter impunè et sine exactione ad relaxandum et liberandum.

Deinde præfatus Christianissimus Rex ante dictis Dominis Confoederatis remittere et expedire Litteras

Confoederationis aliorumue Tracta
tuum inter Dominum Maximilia:
num Sphortia, et iam dictos Domi
nos Confoederatos erectas, uiceuersa de:
bebunt ipsi Domini Confoederati Re:
giæ Maiestati pariter remittere et
præsentare Litteras Tractatus Pacis
in obsidione Disionis et in Galera
factas pariter Litteras Confoederatio:
nis præfati Domini Maximiliani
Sphortia penes ipsos existentes. Ita ta:
men quod ipsa remissione præsenti
bus Capitulis nihil præiudicii inse:
ratur

Item quod in hoc Pacis Tractatu inclu
dantur inclusaque et comprehensa in:
telligantur, Capitula, inter quondam
Christianissimum Dominum Ludo
uicum Francorum Regem. Et sæpe
fatos Magnificos Dominos Confoedera:
tos ratione Ducatus Mediolani inita
et contracta præsertim circa exempti:
onem et immunitatem pedagiorum
gabellarum, cæterorumque onerum et

exacti

exactionum. Etiam ob causarum ciui-
lium impetitionum et dissensionum
Iustificationem, et decisienem iuxta
dictorum Capitulorum formam et te-
norem, Cum hoc etiam ut qui post da-
tam dictorum Capitulorum cum prae
fatis Magnificis Dominis Confoedera-
tis, Foedus et Ciuilegium contraxerunt,
ipsa immunitate et exemptione, etiam
iustificatione Causarum frui et gaude-
re debeant, Saluo tamen et excepto
Domino Cardinali, Episcopo moderno
Sedumensi exceptisque aliis omnibus
si qui sunt extra limites Ligae et al-
terius Nationis et Linguae quàm Ale-
mániae, eisdem Magnificis Dominis
Confoederatis, coniunctis, et Confoede-
ratis.

Item quòd Priuilegia, Libertates, et
immunitates Mercatoribus et subdi-
tis praefatorum Magnificorum Domi-
norum Confoederatorum per Christi
anissimos Francorum Reges qui pro
tempore fuerunt si quae in Ciuitate

Lugdunensi sunt concessæ et obseruari solitæ, eisdem iuxta ipsorum tenorem confirmari et obseruari debebunt.
Præterea placet Christianissimo Francorum Regi eos omnes, qui pro seruitiis Domini Maximiliani Sphortiæ ad Partes Alamaniæ profecti sunt uel se ad Castrum Mediolani, Lugani, Lucarni, et alia loca per dictos Magnificos Dominos Confœderatos habita et possessa receperunt. Et maximè Dominum Galeatium Vicecomitem Dominum Fædericum, et cæteros Comites Aronæ, Iacobum Philippum Saccum, Doctorem Gabrielem Marcellinum Dominum Petrum Pasierle, Dominum Iacobum de Galera Ioannem Petrum de Ripa de Luino, Gerum Hardinum Moresinum cum suis filiis Baptista et Hieronimo de Lugano & alios omnes, qui ex causa prædicta Regiam Maiestatem offenderunt gratiose tractare, ipsisque ignoscere et indulgere.

Ita ut absque lesione corporum & bono=
rum, ad aedes proprias reuerti possint,
et ualeant. Viceuersa in quantum eos
contingit qui ex subditis Magnifico:
rum Dominorum Confoederatorum in
seruitiis Regiae Maiestatis interfue:
runt optat, et petit Regia Maiestas illos
ipsos consimili fauore et beneuolentia
tractari debere.

Deinde ut praefati Magnifici Domini
Confoederati singularem Regiae Ma:
iestatis in eos beneuolentiam cognos
cant praefatus Christianissimus Fran
corum Rex eisdem Magnificis Do:
minis Confoederatis propria liberali
tate et in recompensam missionum
et expensarum in obsidione Diuio
nis habitarum persoluere et enume
rare faciet summam quatuor cen
tum millium scutorum auri de so
le, pariter et in recompensam missi
onum et expensarum in partibus
Italiae per praefatos Magnificos Do
minos Confoederatos, et suos hactenus

factarum ipsa Regia Maiestas ul-
tra iam dictam summam persol-
uet, et ennumerari faciet cum effectu sum-
mam trecentum millium consimilium
scutorum terminis et modis subsequen
tibus qua quidem summa mediante
sæpefati Magnifici Domini Confoedera
ti nihil unquam petere aut quærula-
ri habebunt, ratione iam dictarum
expensarum et missionum, neque etiam
Tractatus in loco Galeratæ, nec quoque
alterius Tractatus in dicta obsidione
Diuionis per Dominum de la Trimoil-
le, nullam ad id potestatem ut Ora-
tores Regii affirmant habentem fac-
torum.

Et ut præfati Magnifici Domini Con
foederati ante dicto Christianissimo
Regi reciproco animorum affectu cor
respondeant et de cætero uberiora
scandala eò faciliùs cohibeantur ip-
si Magnifici Domini Confoederati Cas
tra, Loca Iurisdictiones et Manda
menta Lugani, Lucarni, Domus Os

sule Vallis

sule Vallis Tellinæ, Cleuani et alia quæ-
cunque de Ducatu Mediolanensi cum
suis pertinentiis in manibus dictorum
Dominorum Confœderatorum illorum-
que de Liga Grisa à tempore dicta-
rum guerrarum extiterunt, præfato
Christianissimo Regi seu ab eo depu-
tando remittere et relaxare et expedi-
re habebunt. Ita ut præsentium Capitu-
lorum sigillatione et prima solutione
habita eo tunc iam dicta loca et castra
euacuatā Regiæ Maiestatis præsenten-
tur et remittantur. Saluo tamen Castro
Iurisdictione, districtu, et Mandamen-
to Bellizonæ cum suis pertinentiis
uniuersis. Et pro recompensa et satis-
factione dictarum Terrarum Loco-
rum et Iurisdictionum ut supra resti-
tuendorum tenebitur, et debebit Chris-
tianissimus Francorum Rex præ-
mentionatis Magnificis Dominis Con-
fœderatis realiter persoluere et expe-
dire summam trecentorum millium
scutorum auri de sole, Quæ summæ

omnes ut supra mentionatae ascendunt
ad summam decies centum mille iam
dictorum scutorum ita persoluendo
rum et expediendorum uidelicet pri=
ma die Mensis Ianuarii proximè ins=
tante ducentum millia scutorum au
ri de sole, et sequenti anno et consi
mili die Ianuarii pariter ducentum
millia et deinde annis singulis subse
quentibus termino et die quibus su
pra consimilem summam ducentum
millium scutorum usque in complemen:
tum solutionis ante dictae summae so:
lutiones uero praedictae ad Vrbem Ber:
nensem sumptibus et expensis Regis
deferentur. Et de praemissis solutioni:
ita faciendis, tenebitur Christianissimus
Francorum Rex Litteras obligationis
in bona et ualida et sufficienti for:
ma praefatis Magnificis Dominis Con:
foederatis expedire.
Et ut praementionati Articuli Pacis
firmitatem, robur et efficaciam habe:
ant. Partes saepe fatae uidelicet Christia

nissimus Francorum Rex, Magnificique Domini Confoederati in communem ipsorum utilitatem personarumque rerum et bonorum suorum defensionem, Foedus, amicitiam, unionem et intelligentiam inuicem contraxerunt modis et formis qui subsequuntur et tales sunt. In primis quòd iam dictæ Partes cum ipsorum Dominiis, Patriis, Terris, Iurisdictionibus, subditis et Incolis. Ex nunc inantea huiusmodi Foedere durante inter se quietè et pacificè uiuere, nullaque alteram guerris, bellis, uiolentiis seu iniuriis quoquo modo grauare seu molestare debeat. Et si fortè altera dictarum Partium eiusue subditi ab altera Parte uel suis quicquam petere seu quærulari uoluerit debebit omninò Iusticia Parti imploranti administrari iuxta formam Capitulorum inter Serenissimum quondam Dominum Ludouicum Francorum Regem et Magnificos Dominos Confoederatos ob Ducatum Mediolani conceptorum

et initorum

Item quòd nulli dictarum Partium
liceat alterius Partis hostes, inimicos, et
aduersarios scienter souere, sustinere, tue
ri uel apud se et Dominia sua permitte
re Quin imò eosdem quantum possibile
fuerit cohibere et continere debebunt.
Et si contingeret saepe fato Christianissi
mo Regi in Regno suo Franciae uel in
Ducatu Mediolanensi Dominio Ianuae,
Comitatu Astensi, et alijs Terris, Castris,
Villis et Dominiis iam dicti Regis
tam citrà quàm ultra montes bel:
lum moueri, tunc et eo casu praefati
Magnificici Domini Confoederati pro
defensione ipsius Christianissimi Re:
gis subditos suos, eadem Regiae Ma
iestati bona uoluntate seruire uolen
tes numero tamen conuenienti ad
seruitia et stipendia eiusdem Chris:
tianissimi Regis ipsiusque sumptu
bus et stipendiis accedere permit:
tant Ita tamen et prouisò quòd
ipsi tales stipendiati et subditi Do:

minorum

minorum Confœderatorum ad seruiz
uitia et stipendia eiusdem Christianissi-
mi Regis uocari et leuari non debe:
ant sine eorumdem Dominorum Con:
fœderatorum consensu, scitu, et uolun:
tate. Quos insuper tali bello durant-
te ipsi Domini Confœderati non reuoca
bunt nisi propriis bellis grauarentur.
Quo casu etiam suos permittere et ad
seruitia Regis proficisci minimè obli
gabuntur. Et uiceuersa si contingat
iam dictos Magnificos Dominos Con:
fœderatos aliquibus bellis seu guer:
ris affici seu perturbari eò tunc Chris
tianissimus Francorum Rex eisdem
Dominis Confœderatis efficax exhibe:
bit et præstabit auxilium cum effec-
tu, numero uidelicet quingentarum
lancearum et mille sagittariorum
munitorum et ordinatorum cum
decentibus et opportunis bombardis
seu artilleriis in Regiæ Maiestatis
sumptibus et expensis Quos et quas
Regia sua Maiestas non recusabit nec

reuocabit, etiamsi propriis bellis gra-
uaretur.

Item quòd ambarum Partium suorum-
que Confoederatorum Mercatores, Ora-
tores, Nuntii, Serui, peregrini et Sub-
diti cuiuscunque Statûs, Gradûs et
qualitatis existant, cum eorum perso-
nis mercantiis rebus et bonis qui-
buscunque in ipsorum Terris, et Do-
miniis benignè recipiantur et pertrac-
tentur, Ita quòd ipsis liceat per dictas
Terras, Patrias, et Dominia ire, profici-
sci, redire, uersari, et negotiari liberè et
impunè et sine illicito impedimento
eis in personis uel bonis inferendo Et
absque eo quod pedagiorum et alio-
rum onerum exactiones praeter anti-
quitùs solitum innouari debeant.

Et pro singulari beneuolentia qua prae-
fatus Christianissimus Francorum Rex
ante dictos Magnificos Dominos Con-
foederatos prosequitur Regia sua Ma-
iestas eisdem Dominis Confoedera-
tis tredecim Cantonorum liberali-

ter persolui et expediri faciet summam duorum millium Francorum Regis pro quolibet Cantono singulis annis huiusmodi Fœdere durante in loco et Ciuitate Lugdunensi, et in Fèsto Puri:ficationis Mariæ. Et incipiet incipereque debebit prima solutio in proxi:mo aduenienti Fèsto dictæ Purifica:tionis Mariæ. Quantùm uerò Wallesi:enses, et illos de Liga Grisa concernit, Regia Maiestas eosdem in Pensionibus persoluendis pertractabit prout à Se:renissimo quondam Ludouico Rege ultimo pertractati fuerunt.

Durabit autem et obseruabitur huius modi Fœdus inconcussè ad uitam Chris:tianissimi Francorum Regis et decem annos post ipsius decessum immediatè sequentes.

Demum parte et nomine Christianis simi Francorum Regis in præmissis omnibus et singulis reseruantur, Sanc ta Sedes Apostolica, Sacrum Roma num Imperium, Serenissimi Angliæ,

Scotiæ, Nauarræ, et Dannemarchiæ Reges, Illustrissimus Archidux Austriæ, Comes Flandriæ, Illustrissimus Dominus Sabaudiæ Dux, dictæ Regiæ Maiestatis auunculus Illustrissimi Duces Lotharingiæ et Geldriæ, nec non Indita Domus de Medicis, Dominium et Communitas Venetorum, ac Reuerendus Episcopus Leodiensis, aliique omnes qui cum præfato Christianissimo Rege Fœdus et Amicitiam contraxerunt. Vbi et quando præfati Magnifici Domini Confœderati tales ut supra per Regiam Maiestatem reseruatos bello inuadere et aggredi prætenderent.

Parte uerò et nomine præfatorum Magnificorum Dominorum Confœderatorum reseruantur Sancta Sedes Apostolica, Cæsarea Maiestas, Sanctum Romanum Imperium, Inditissima Domus Austriæ, Illustrissimi Domini Duces Sabaudiæ, et de Wirtemberg, ac Magnificus Domi

nus de

nus de Vergi, Marescallus Burgundiæ
et cæteri omnes qui cum præfatis
Magnificis Dominis Confoederatis
Fœdus Ciuilegium et amicitiam hac
tenus contraxerunt. Vbi et quando
Regia Maiestas, tales ut supra per
præfatos Magnificos Dominos Con
foederatos reseruatos bello inuadere
et aggredi prætenderet. Quæ omnia
cum ita à nobis nominibus et au:
thoritate quibus supra acta ordina
ta et conclusa sunt, et quæ pro nobis
et Superioribus nostris pollicemur,
firmitatem robur et efficaciam ha:
bere. Quare in signum et testimoni
um has Litteras duplicata uice
subinde fieri et Sigillis nostris præ:
fatorum Petri de la Guice, et An
thonii le Viste, nomine præfati Chris:
tianissimi Regis, etiam nostrum Ia:
cobi Grebel de Thurego, Guillielmi
de Diesbach, Sculteti Bernensis, Petri
Wirtz, Ammani de Vnderuualdenn,

Thomæ Soker, de Zug, Rudolphi de
Pravoman, Sculteti Friburgensis, et
Nicolai Conradi, Sculteti Solodoren
sis nominibus nostris et cæterorum
consociorum nostrorum Quorum ui:
ces supplemus, duximus munien
da Promittentes insuper bona fide,
quòd omnia et singula prænarrata
firma et grata obseruabuntur, et
Litteræ Originales per Secretarium
Vrbis Gebenensis conficientur, Sigillo
que Regiæ Maiestatis et insuper Si
gillis singulorum Cantonorum firma.
buntur. Quibus etiam Litteris ut su
pra erectis sigillatis et hinc inde præ:
sentatis. Præsentes Litteræ mani
bus nostrorum ante dictorum Ora
torum ueniunt remittendæ omni
dolo et fraude et sinistra machina:
tione semotis. Actum in Vrbe Gebe:
nensi, septima die mensis Nouem:
bris, anno post Natiuitatem Domi:
ni nostri Iesu Christi millesimo

quingentesimo decimo quinto

Traicté de Paix et Amitié perpetuele entre le Roy François I. et la Couronne de France, d'une part, et les Republicques de Suisse et des Grisons, et autres leurs Alliez d'autre part. A Fribourg, l'an 1516. la Veille de Sainct André 1516.

In nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitati. Amen. Nos Franciscus Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, Astensis Comes, et Ianuæ Dominus, ex una. Et nos Burgimagistri, Sculteti, Ammani, Consules, Communitates, Ciues, Patriotæ et Incolæ Ciuitatum, Patriarum et Dominiorum magnæ et antiquæ Ligæ superioris Alamaniæ, uidelicet de Thurego, Berna, Lucerna, Vranea, Scuuytia, Vnderuualden supra et sub Syluiam, Zug, cum exteriori Officio; Glarona, Basilea, Friburgo, Solodoro, Scafhusea, et de Appenzel, Vna cum Domino Abbate et Oppido Sancti Galli, Etiam Capitaneo Maioribus Castellanis, et Patriotis Patriarum trium Ligarum Grisœorum, et Vallesii, et Oppidi de Mulhusen, ex altera parte.

Cunctis notum et manifestum facimus per Præsentes. Quod cum inter nos differentiæ et inimicitiæ, nec non guerrarum eleuationes suscitatæ fuerint, et in tantum proten:

sæ quòd ex illis homicidia, deprædationes,
incendia, multaque insignia mala successe:
runt. Corde ergo revoluentes quanta dam
na, pericula, et mala uniuersæ Christiani
tati ex huiusmodi diuisionibus, et Christiani
sanguinis effusione, si in illis perseueratum
fuisset, subsequerentur. Necessarium et opti
mum existimauimus, si diuinis et naturali
bus Præceptis ac Legibus inhærentes, Pacem,
quietem, tranquillitatem, et amicitiam ad
futura damna præueniendà, fortunas, lau
des, salutesque nostras agendo, promoueremus,
acceptaremus, et concluderemus. Ex quibus
iustissimis probis et æquissimis rationibus no:
ambæ memoratæ Partes inclinatæ, In no
mine Saluatoris nostri (Qui amator et pro:
tector est omnium pacificûm) pluribus et
replicatis Diætis in ipsa Heluetia per Orato:
res nostros amicabiliter tentauimus de
Mediis huiusce Pacis inueniendis, Et nouissi:
mè diuinà disponente misericordia in præ:
dicta Vrbe Friburgensi Vchtlandiæ Parte
nostra præfati Regis Francorum, per Illus:
trem Dominum Renatum Bastardum de

Sabaudia, charissimum auunculum nostrum Comitem de Villariis et de Tende, Consiliarium et Cambellanum ordinarium, ac in nostra Prouincia magnum Senescallum, Gubernatorem et generalem Locum tenentem nostrum, Spectabilesque Dominos Ludouicum Forbinum, Dominum de Soleriis et Carolum du Plessis, Magistrum Domûs nostræ Consiliarios, Oratoresque nostros dilectos ad infra scripta specialiter Deputatos, Parte uerò nostra præfatorum Confœderatorum superioris Alamaniæ per Oratores nostros ex singulis Cantonis et Colligatis Confœderationis nostræ cum plenaria Potestate destinatos, ueram, stabilem, et perpetuam Pacem et Amicitiam strictissimè acceptauimus, et conclusimus, in forma, modis, et cum Punctis et Articulis inferiùs specialiter declaratis.

Et primò Quòd per Media infra scripta debeant et censeantur totaliter pacificatæ sedatæ et concordatæ omnes inimicitiæ, similiter et omnes actus querimoniæ et querelæ quæ ex prædicta guerra à principio usque in hodiernum diem inter nos ambas Partes agi:

tatæ fuerunt, tam homicidiis, rapinis, incendiis uel aliis quibuscunque modis Sic, et tali modo quòd eorum occasione neutra Partium alteram pro se et suis nullo pacto temporibus futuris, debeat impetere, molestare neque querelare Reseruatis tamen Actionibus, Causis, et Querelis si quas aliquis habeat ex huiusmodi guerris et illius dependentiis non procederent, aut nascerentur, cui uel quibus huiusmodi Actiones pertinere possint.

Secundò debeant ambarum Partium captiui, siue sint in terra, uel mari, in Arcibus Oppidis aut alibi detenti seu uenditi, absque aliqua taxatione et sine damno liberari, permittentes illis ut sine aliqua molestia ad propria redire et uenire possint.

Tertiò Quòd pedites Ligæ nostræ habentes querelas particulares erga Regiam Maiestatem (Quæ tamen ex huiusmodi guerra non processerint) Ius eorum habere et quærere possint, casu quo non desistere uellent secundùm formam infra scriptorum Capitulorum.

Quarto Quòd omnes qui post datam Capi

tulorum

tulorum inter fœlicis recordationis Regem Ludovicum Duodecimum, et nos præfatos Confœderatos causante Ducatu Mediolani initorum per nos in Fœdus uel Ciuilegium recepti sunt, debeant gaudere Priuilegiis, et in huiusmodi iustificatione stare, et illis uti. Exceptis tamen illis qui extra terminos Confœderationis nostræ, et alterius Nationis et Linguæ quàm Germanicæ sunt, et qui nobis non subiiciuntur.

Quintò, Quòd Mercatoribus et subditis Confœderationis nostræ reseruentur et confirmentur omnia Priuilegia et Libertates in Ciuitate Lugdunensi, quemadmodum ea à fœlicis recordationis Regibus Franciæ aliàs habuerunt, et illis concessa sunt. Et secundùm eorum tenorem. Placet etiam nobis præfato Francorum Regi, Duci Mediolani &cæt. intuitu, contemplatione ac beneplacito prædictorum Dominorum Confœderatorum. omnibus & singulis subditiis nostris, cuius nominis status siue conditionis existant, ex Ducatu & Dominio Mediolani indulgere, qui pro seruitiis Domini Maximiliani Sphortiæ ad partes Alamaniæ profecti sunt, uel se ad Castra Mediolani, Lugani, Locarni, aut alia loca per dictos

Dominos Confœderatos possessa receperunt, pro ut super huiusmodi Articulo Literas speciales generaliter siue particulariter desuper concessimus & concedemus omnibus et singulis iis quibus earum erit opus. Ita ut absque læsione corporum et bonorum ad ædes proprias reuerti possint.

Sexto. Vt præfati Magnifici Domini Confœderati singularem nostræ Maiestatis in eos beneuolentiam sentiant, Nos ipse Francorum Rex eisdem Dominis Confœderatis, propria liberalitate, et in recompensam missionum et expensarum quas in obsidione Vrbis Diuionis habuerunt, persoluere et enumerare faciemus summam quatuor centum millium scutorum boni auri de sole et cugni Franciæ. Pariter et in recompensam missionum et expensarum in partibus Italiæ per præfatos Magnificos Dominos, Dominos Confœderatos, et suos habitarum, ipsa Regia Maiestas ultra iam dictam summam persoluet cum effectu summam tercentum consimilium scutorum, modis et terminis subsequentibus. Quibus quidem sum-

mis mediantibus sæpè nominati Domini Con-
fœderati nihil à nobis petere et querelare habe-
bunt ratione stipendiorum, et aliarum expen-
sarum ipsarum guerrarum præteritarum. Cùm
autem de anno præterito iuxta contentum
Tractatûs Pacis futuræ, et Fœderis in Gebennis
contracti, (qui in præsenti Pace totaliter annulla-
tus est) præfatus Christianissimus Rex summam
ducentûm millium scutorum auri de sole exolue-
re teneretur, de quibus etiam summam aliqui-
bus ex præfatis Dominis Confœderatis et eo-
rum appendentiis soluerit, constantibus Litte-
ris Quitationum desuper confectis eadem sum-
ma sic exbursata ex quantitate septuaginta centum mil-
lium scutorum defalcari debebit. Residuum ue-
rò usque ad complementum ipsorum ducen-
tûm mille scutorum, illis Dominis Confœdera-
tis, et eorum pertinentibus qui eorum ratam
huc usque non receperunt statim et in conti-
nenti uniuersaliter ab eisdem Dominis Con-
foederatis præsenti Pace exolui debebit. Dein-
de pro secundo termino, et nominatim prima
die Mensis Ianuarii proximè futuri tenebi

tur ipsa Regia Maiestas ipsis Dominis Confoede-
ratis universaliter alia ducenta millia scuto-
rum. Item pro tertio termino et pro anno mil-
lesimo quingentesimo decimo octavo prima eti-
am die Mensis Ianuarii exolvere tenebitur Re-
gia Maiestas, iterum ducenta millia scutorum.
Et ultimò pro anno subsequente, qui erit deci-
mus nonus post millesimum et quingentesi-
mum alia centum millia scutorum. Quibus ter-
minis ita observatis universalis summa septin-
gentorum mille scutorum totaliter persoluta
esse censebitur. Quas quidem Solutiones singu-
lis terminis eadem Regia Maiestas suis propri-
is missionibus et expensis in Urbe Bernensi pro-
curare et reddere tenebitur. Et pro praemissis
summis et solutionibus ita faciendis, Litteras
Obligationis in bona ualida et sufficienti for-
ma praefatis Dominis Confoederatis expedi-
re

Septimò Ut praementionati Articuli Pacis firmi-
tatem, robur et uigorem obtineant, iam dictae
Partes, cum Regnis, Dominiis, Patriis, Terris, Iu-
risdictionibus, subditis et incolis nostris, ex nunc

in antea

in antea inter nos quietè et pacificè uiuere,
nullaque alteram guerris, bellis, uiolentiis seu
iniuriis quoquo modo grauare seu molestare
debebimus. Et pro meliori declaratione et con
firmatione huius Pacis cautum est, quòd si
temporibus futuris inter nos ipsas Partes, Intel
ligentes Superioritatem uel Patrias, subditos,
siue homines nostros, differentiæ uel ambigu:
itates suborirentur (Quod Deus auertat) prop:
ter hæc neutra ambarum Partium debebit
contra aliam sumere uel suscitare bellum;
imò debebit talis actus uel differentia sedari
amicabiliter, aut iuridicè secundùm formam
Capitulorum infra scriptorum.
Octauò, Vt bona et pacifica uoluntas, imò
iusta & firmata Pax et Vnio durare, et mane:
re possint, neutra Partium debebit alterius
Partis inimicos, scienter, uel cùm informata
fuerit, sustinêre, uel in suis Iurisdictionibus, Do:
miniis, aut Imperiis souêre, comportare, aut
eis aliquem passum concedere, Nos etiam præ:
fatus Rex non debebimus aliquem ex nostris
pedestrem neque equestrem amodò inantea

permittere aut concedere contra præfatos Confœderatos, aut eorum attinentes, subditos, Patrias, Dominia, et Terras eorum Confœderationis, neque per nos ipsos seu alios Principes, Dominos, uel Communitates, contra eorum Patriam conducere, Imò debebimus dum opus fuerit, toto posse, sub pœna corporis et bonorum, istud prohibere. Et si qui contra facerent, illos totis uiribus reuocare, et secundum eorum demerita punire.

Vice uersa non debebimus nos præfati Confœderati pro nobis ipsis neque subditis nostris ullo pacto concedere, neque permittere aliquibus Principibus, Dominis, uel Communitatibus uolentibus ipsum Regem Christianissimum in suis Regnis Franciæ, Ducatu Mediolani, Dominio Ianuensi, Comitatu Astensi, uel aliis suis Patriis et Terris, quæ possidet citra uel ultra Alpes, grauare uel aggredi, Imò tenebimur huiusmodi prohibere sub poena corporis, et bonorum, et si qui contra uenirent, et discurrerent, illos to.

to posse reuocare, et iuxta eorum demerita corrigere. Et his mediantibus erunt petita hinc inde auxilia, nulla, et cassa. Quoniam utraque Pars fidei alterius eadem remisit

Nonò. Quòd ambarum Partium suorumque subditorum et attinentium Mercatores, Oratores, Nuntii, servi, peregrini, et subditi, cuiuscunque status, gradùs & qualitatis existant, cum eorum personis, mercantiis, rebus & bonis quibuscùnque in ipsorum Terri[illegible] miniis benigniter recipiantur, et pertractentur. Ita quòd ipsis liceat per dictas Terras Patrias et Dominia ire, proficisci, redire, uersari, negotiari liberè, et impunè sine illicito impedimento eis in personis et bonis inferendo. Et absque eo quòd pedagiorum et aliorum onerum exactiones præter antiquitùs solitum innouari debeant.

Decimò. Pro singulari beneuolentia, qua præfatus Francorum Rex ipsos Dominos Confœderatos amplectitur, Regia sua Majestas eisdem Dominis Confœderatis tredecim

Cantonorum et Patriæ Vallesii liberaliter ex-
pedire et persoluere faciet summam duorum
millium francorum Regis pro quolibet Canto
no et Vallesiensi singulis annis, in Loco et
Ciuitate Lugdunensi Et in festo Purificatio-
nis Mariæ proximè futuro incipere debebit
prima solutio. Quantum vero illos de Liga Gri-
sa concernit, Regia Maiestas in Pensionibus
persoluendis eos tractabit, prout per fœlicis
recordationis Ludouicum Regem Franco-
rum Duodecimum tractati fuerunt.

Item et cum præmissis promittimus Nos præ
dictus Rex, pro honore et beneplacito Confœ-
deratorum tredecim Cantonorum, ultra
prædictam summam, adhuc singulis annis
soluere duo millia francorum, prout et quem
admodum illam summam inter eorum Colli
gatos ut infra patet diuiserunt. Nomina-
tim Domino Abbati Sancti Galli et homini-
bus ad suum Monasterium spectantibus, et
Comitatui de Toggenburg sexcentum fran-
cos, quorum cuilibet Parti trecentum fran-

et spectabunt

et spectabunt. Deinde Oppido Sancti Galli quatuor centum francos, et Oppido Mulhusen alios quatuor centum francos. Item subditis Comitatûs Gruerię sexcentum francos, quorum quatuor centum Patriotis de Sanen; una cum omnibus aliis qui sunt ex superiori Parte ultra Botcam spectabunt. Residui verò ducentum Franci illis de Oppido Gruerię, Inclusis alijs omnibus qui subtus Botcam sunt, una cum illis de Mandamento Corberiarum, et eius dependentiis pertinere debebunt.

Vndecimò Quantùm ad Arces Lugani et Locarni, ac Vallis Maynę, cum omnibus earum pertinentiis declaratum est, quòd nos præfatus Rex amicis nostris præfatis Dominis Confœderatis optionem concessimus, quòd ipsi infra anni spatium declarare possint, si huiusmodi Arces et Patrias retinère, uel pro illis tercenta millia scutorum, pro ut prius inter nos loquutum fuerat recipere uelint. Si ergo hanc pecuniarum quantitatem elegerint, non solùm intelligendum est de Lugano, Lucarno, & Valle Maynæ, sed quòd Vallis Tellina, Clauena, et omnes alia Arces et Patriæ ad

Ducatum Mediolani pertinentes generaliter
ad manus nostras præfati Francorum Re
gis vestitui debeant, Dempto Oppido et Arci:
bus Bellisonæ cum suis pertinentiis in mani
bus nostris Vranensium, Schwytensium, et
Vndervualdensium sub Sylua existentibus et
permanere debentibus. Et in huiusmodi sum
ma tercentorum millium scutorum debebit
tribus Ligis Griseis eorum rata contingere,
pro ut uni ex tredecim Cantonibus.

Duodecimò Quòd illis de Bellinsona, Luga
no, Lucarno, & Valle Magna, cum omnibus
eis pertinentibus reseruentur et confirmentur
omnia Priuilegia specialesque liberalitates,
quas ipsi pro teloneis, emptione salis, gabel
lis, et aliis rebus hactenus ab uno Duce Me:
diolani et in illo Ducatu habuerunt, et ga
uisi sunt. Ita quòd omninò iuxta ea ma:
nere debeant.

Tredecimò Vt hæc laudabilis Pax et uicina
bilis amicitia, maligni inimici fraude in
futurum non turbetur, clarè loquutum
et conclusum est. Quòd hæc Pax inter Re
ges et Coronam Franciæ et præfatos uniuer.

ſtales Dominos Confœderatos in omnibus Punc-
tis et Articulis perpetuò manêre et durare de-
beat.

Et pro parte nostra Francorum Regis in præ-
missis omnibus et ſingulis reſeruantur, Sanc-
tiſſimus Dominus noſter Leo Papa Decimus, Sanc-
ta Sedes Apoſtolicà, Sacrum Romanum Impe-
rium, Sereniſſimi Reges, Rex Hiſpaniæ, cariſſi-
mus gener noſter, ac Angliæ, Scotiæ, Nauarræ,
et Daciæ, Illuſtriſſimus Sabaudiæ Dux auuncu-
lus noſter dilectiſſimus, Illuſtriſſimi Duces Lo-
tharingiæ, et Geldriæ, nec non Illuſtre Domi-
nium & Communitas Venetorum, Inclita Do-
mus de Medicis, Dominium et Communitas
Florentinorum, ac Reuerendus Dominus Epiſ-
copus Leodienſis, aliique omnes, qui nobiſcum
uſque hac Foedus et Amicitiam contraxerunt.
Tali uidelicet forma, Si et quando præfati
Domini Confœderati magnæ Ligæ, amici noſ-
tri, prænominatos Sanctiſſimum Dominum noſ-
trum, Sedem Apoſtolicam, Romanum Imperium,
ſiue alios prænominatos Confœderatos noſtros
in eorum Dominiis, ac Patriis quæ poſſident
aggredi, et bellum eis inferre uellent, quòd nos

tunc eisdem Dominis Confœderatis Fœdera et Vniones ante datam Præsentium, acceptas honestè, fideliter, et realiter seruare nec non promissionibus nostris satisfacere uelimus, si uerò accideret casus, quòd præfati Domini et Confœderati nostri reseruati prædictos Dominos Confœderatos magnæ Ligæ superioris Alamaniæ in eorum Terris et Dominiis quæ possident, ut suprà in Octauo Articulo continetur, aggredi, et ita eis bellum inferre uellent, tunc non debebimus nos præfatus Rex Francorum, permittere quòd subditi nostri contra ipsos Dominos Heluetios proficiscantur, prout in Octauo Articulo specialiter declaratum est. Iuxta cuius tenorem hæc manere debebunt, omnibus dolo et fraude exclusis.

Parte uerò et nomine præfatorum Magnificorum Dominorum Confœderatorum reseruantur Sanctissimus Dominus noster Leo Papa Decimus, Sancta Sedes Apostolica, Cæsarea Maiestas, Sacrum Romanum Imperium, Inclitissima Domus Austriæ, Illustrissimi Sabaudiæ Duces, et de Wirtenberg, Illustris Dominus Lau:

minus Laurentius, et Domus de Medicis, Ciui-
tas et Status Florentiæ, ac Magnificus Dominus
le Vergies, Marescallus Burgundiæ, antiqua Foe-
dera nostra, et cæteri omnes cum quibus us-
que hac Fœdus et Ciuilegia contraximus. Ta-
li uidelicet forma, si et quando Christianissi-
mus Francorum Rex prænominatos Confœ-
deratos nostros in eorum Dominiis et Patriis
quæ possident aggredi, & bellum eis inferre uel-
let, quòd nos tunc eisdem Dominis Confœde-
ratis nostris reseruatis Foedera et Vniones an-
tè datam Præsentium cum eis acceptas, et ali-
as Obligationes nostras honestè fideliter & re-
aliter seruare, nec non promissionibus nos-
tris satisfacere uelimus. Si uerò casus accide-
ret quòd præfati Domini et Confœderati nostri
præfatum Regem Franciæ in suis Regnis uel
aliis Dominiis quæ possidet, ut suprà in octa
uo Articulo continetur, aggredi & ita bellum
ei inferre uellent, tunc non debebimus nos
præfati Heluetii permittere quòd subditi nos-
tri contra præfatum Christianissimum Re-
gem proficiscantur, pro ut in octauo Articu-

lo continetur, Iuxta cuius tenorem hæc manē:
re debebunt, omni dolo et fraude exclusis.
Et quia in præcedentibus Articulis loquutum
est, Quòd Actiones et differentiæ inter nos am
bas Partes & ambarum Partium subditos ami
cabiliter, aut iuridicè terminari debeant, secun
dùm contentum et tenorem Capitulorum
aliâs inter felicis recordationis Ludouicum
Regem Duodecimum, olim Ducem Mediola:
ni et nos prædictos Confœderatos Composi:
torum, scriptorum, et sigillatorum, qui amodò
mantea inter nos & nostros usitari et obser:
vari debebunt, Videlicet, Quòd ne inter nos
defectu Iustitiæ quicquam quærelarum dis:
sensionumque emergat, clarissimè loquutum
est, quòd si ullo unquàm futuro tempore
inter nos præfatum Regem, et memoratos
Confœderatos generaliter uel particulariter,
siue Dominia aut subditos nostros aliquæ
quæstiones dubietates uel quærelæ suscita:
rentur, qualicunque occasione, quòd tunc
& eo casu pro huiusmodi differentia se:

danda quælibet nostrarum Partium, sibi eligat et assumat duos probos et idoneos uiros, Jus titiæ cultores, Deumque timentes, in Arbitros uel Commissarios suos: Qui quatuor Arbitri uel Commissarii ambabus Partibus, controuersiam habentibus Diem Iuridicam statuere et intimare teneantur. Et nominatim si huiusmodi quæstio aut differentia, de qua ageretur, procederet pro rebus bonis uel Actionibus bonorum uel personarum in Regno Franciæ aut aliis Partibus citra montes existentibus, qualiscunque Partis Actor uel Reus fuerit, debet Locus huiusmodi Iuris determinationis notificari in Oppido Paterniaci, Si uerò huiusmodi differentia procederet causandis bonis uel personis in Ducatu Mediolani et aliarum Patriarum ultra Alpes sitarum, debebit Locus talis Determinationis notificari et assignari in loco de Boleis dicto apud Claustrum. Quo quidem loco ipsi quatuor Arbitri, ambæque Partes uel eorum sufficientes Procuratores comparere tenebuntur. Et in primis tenebuntur ipsi electi Arbi:

tri ad Deum et Sanctos eius iurare, quòd
ambas Partes et eorum Iura fideliter audient,
et in huiusmodi Actionibus iustè et rectè pro
cedent, et desuper iudicabunt non amòre uel
odio ducti, sed iuxta eorum meliorem intellec
tum. Tamen poterunt primùm tentare de con
sensu ambarum Partium, ad differentiam
amicabiliter sedandam; quòd si huiusmodi
Consensum minimè obtinere possent, tenebun:
tur ut suprà, illam differentiam secundùm
Iuris rigorem et Conscientiarum suarum
exonerationem, Deum præ oculis habentes,
infra mensis spatium post datam incœpti Iu:
dicii terminare. Ita tamen quòd antè om:
nia dicti quatuor Arbitri medio tempore
Iudicii ab omni uinculo iuramenti absoluan
tur, quo nobis Partibus, uel alteri earum:
dem astricti essent, uel forent. Et quòd præ:
dicti Arbitri per Dominos et Superiores su
os ad prædictum onus in se suscipiendum
cogantur et astringantur. Et quicquid tunc
per ipsos quatuor Arbitros uel maiorem

eorum

eorum partem sententiatum et declaratum fuerit, tenebuntur ambæ Partes ratum et gratum habere, et observare, omni Appellatione et impedimento cessantibus. Si verò in componendo vel iudicando ipsi Arbitri forent discordes, ita ut maior eorum pars non appareret, sed bini et bini in pronuntiatione discreparent, tunc potest Actor Causa ita pendente quintum Coarbitrum, Partibus tamen non suspectum, et ut supra probum et honestum, in propinquioribus Locis et magis commodis, utpote in Ciuitate Curiensi, aut Patria Vallesii, (quæ sit spectabilis persona et de Consilio eiusdem loci) eligere, et assumere. Quem quintum Coarbitrum ambæ Partes rogare tenebuntur, ut onus prædictum in se suscipiat, Similiter et suos Dominos Superiores rogare, ut ad suscipiendum huiusmodi onus eum cogant et astringant. Qui quidem quintus Coarbiter, in omnibus et per omnia iurabit, pro ut de aliis quattuor supra dictum est. Et quicquid per prænominatos quattuor Arbitros

et quintum Coarbitrum, aut maiorem eorum partem amicabiliter uel iuridicè iudicatum declaratum uel ordinatum fuerit, tenebuntur ambæ Partes firmiter obseruare, absque aliqua Appellatione uel contradictione. Ita tamen quòd ambæ Partes ad huiusmodi amicabilem Compositionem consensum eorum dedissent. Et si una Pars per se uel eius sufficientem Procuratorem, coràm præfatis Arbitris negligenter aut sine iusta causa Comparêre sperneret, debebit illa in causa principali una cum missionibus et expensis subiacere. Et quotiescunque quintus eligetur Coarbiter, tenebitur infra mensis spatium post eius electionem, in uno prædeterminatorum locorum, Sententiam suam definitiuam dare

Et ut ab utraque Parte commodiùs agatur cautum est, ut non possit per aliquam nostrarum Partium, aut singularem personam earum, quauis occasione, aliqua diffidentia guerræ, attentari siue bellum moueri,

nec aliquæ nouitates fieri sed ambæ Partes pareant Ordinationi, Cognitioni, Sententiæque et Declarationi præfatorum Arbitrorum, iuxtà prædictam formam sub pœna amissionis Causæ, et expensarum:

Si autem priuatis personis Dominiorum Mandamentorum et Districtuum nostrorum Confœderatorum Actiones aut querimoniæ in præfatum Christianissimum Regem competerent pro Causis uel bonis citra uel ultra Alpes existentibus, quacunque occasione id euenirct, tunc debebit talis Actor Actionem suam Dominis et Superioribus quibus subiicitur exponere, & particulariter declarare, quòd ipse debitum Ius uel querimoniam eius à præfato Christianissimo Rege uel suis Officialibus in Regno Franciæ uel in Mediolano minimè obtinere possit. Et si tunc nos ipsius particularis personæ Actricis Domini et Superiores cognosceremus et declararemus quòd hæc Causa bona, iusta, et ad petendum honesta sit debebimus

tunc Regiæ Maiestati notificare quòd nos il-
lius Actricis personæ Iura uiderimus, et su-
am petitionem non indebitam existimaueri-
mus, Maiestatem suam desuper rogando et
monendo ut nostrati satisfaciat. Et si per Re-
giam Maiestatem tali Actori Expeditio facta
fuerit, de qua habeamus debitam conten-
tandi occasionem, debebit tunc talis Agens per-
sona stare tacita et quieta, et inantea Regi-
am Maiestatem et eius subditos citra uel
ultra Alpes residentes non ulteriùs molesta-
re siue quærelare. Et si tamen Regia Maiestas
tali personæ pro petitione sua minimè satis-
faceret, tunc poterit talis Actrix persona
eandem Regiam Maiestatem coràm Arbi-
tris, et quinto Coàrbitro, pro ut in Articulo
de expeditione Iuris, nos ambas Partes con-
cernente, declaratum est, conuenire. Et in
eodem loco quod iustum et æquum fuerit
obtinere. Ita tamen quòd neutra Partium
nisi unum Coarbitrum in Ciuitate Curiensi,
seu Patria Vallesii, qui de Consulibus et Patri-

bus minimè

bus minimè suspectis eligere habeat. Et quic:
quid tunc amicabili Compositione (obtento ta
men Ambarum Partium consensu) siue Iudi:
ciali Cognitione per præfatos quatuor Arbitros
et quintum Coarbitrum ordinatum seu iudica:
tum fuerit, debebit firmiter obseruari, omni
Appellatione semota.

Et è conuerso. Si contingat priuatas personas
Nobis præfato Regi, Duci Mediolani subiectos,
in nos præfatos Confœderatos, Petitiones et
quærelas habere, unde quoque eædem proce:
derent, debebit Pars Actrix coràm Arbitris, et
media persona, loco et tempore Causam suam
fouêre, et prosequi, prout in proximo præce:
denti Articulo continetur.

Præterea conclusum est, Vt omnes ambarum
Partium subditi in breuem et succinctam soluti:
onem debitorum confessorum, aut quæ Litteris
siue sufficienti Testimonio approbarentur, et so:
lutionis terminus expiratus esset, induci et co:
arctari debeant. Vt ille cui debitum pertinet,
meritam possit habere causam contentandi.
Et casu quo debitoris facultas ad hæc non

suppeteret, teneatur Officialis seu Iudex Ciuitatis, uel loci, ubi debitor residentiam habuerit, ad Requisitionem Conquærentis contra eundem debitorem Iustitiæ rigorem ministrare, secundùm loci aut Patriæ Consuetudines et Statuta.

Sed de omnibus aliis Actionibus, impetitionibus, et quærelis, quæ inter subditos seu priuatas personas nostras oriri possent, undequaque deriuentur, teneantur et debeant Actores cuiuscunque Partis Ius quærere eo in loco, penes quem Reus Residentiam habuerit. Ita, et ea conditione, quòd Dominium illiûs Rei omninò procurare et Officialibus suis aut eorum locum tenentibus committere habebit, ut ipsi Actori summariè, simpliciter, de plano, et absque prolongatione Iustitia ministretur. Sic quòd spatio decem dierum Expeditio finalem habeat effectum, Nisi ipsa Causa consensu Partium aut euidenti occasione, uidelicet in producen:

dis Testibus (qui durante ipso termino decem
dierum comparêre non possent) prorogaretur,
Et si Iudex loci malitiosè Sententiam distulerit,
aut Reus tergiuersatione uteretur, quòd ta-
men nos præfatus Rex Franciæ, Mediolanique
Dux, et etiam nos prænominati Confoederati
pro posse nostro prohibere tenebimur et uolu-
mus. Tunc tenebitur Iudex, aut Reus, in quo
defectus Iustitiæ appareret, Parti agenti omnes
missiones et expensas ob id sustentas exoluere.
Et nihilhominus poterit Actor qui se ita senti-
erit fore grauatum, Causam suam ad Audi-
entiam Superioritatis, seu Dominii, cui Re-
us subiicitur, deducere, et hanc Querimoni-
am et Grauitatem siue eorumdem circuns-
tantias manifestare. Et eo facto, si Requisitio
in nos prænominatum Regem, Mediolani
Ducem, accepta fuerit, debemus Causam ip-
sam, Consilio nostro secreto, aut aliquibus
ex eisdem committere, et cum effectu pro-
curare, ut Actori in decem postea diebus
ab eisdem in causa principali atque ex-

pensis finalis et Iurisdictionalis Decisio & illius decisionis satisfactio emergat. Et casu, quo id non fieret, poterit tunc talis persona Agens, si à Dominis suis concedatur, in loco Paterniaci, aut Boleis, siue Claustri, et coram Arbitris et Iudicibus, modis et forma prædictis tractare, et finire. Pariter, et uice uersa, Si Reus sub Mandamento nostrorum Confœderatorum resideret, et ab Actore, subdito præfati Christianissimi Regis, Ducisque Mediolani, huiusmodi Iuris Requisitio Nobis Confœderatis fieret, cuicunque Cantono uel Nobis Colligatis præmissis talis subiiceretur, Debebimus Nos ipsius Actoris causam fideliter considerare, et pro expeditione eiusdem omne et totum id perficere, quod hanc in partem Christianissimo Regi, Ducique Mediolani, aut eius Regio siue Ducali Consilio, ut supra in proximo Articulo continetur, incumbit.

Præterea debebimus Nos sæpè dictus Rex, Duxque Mediolani omnes subditos nostros in eodem Ducatu commonefacere, et sub pœna grauissima eis demandare, ne Mercatori

bus et subditis

bus et ſubditis præſatorum Dominorum
Confœderatorum, amicorum noſtrorum
impedimento ſint, quo minus merces ſuas,
quocunque nomine uocentur, uendere aut
alienare poſſint. Eiſdem inſuper inhiben
tes ne inter ſe aut reſpectu aliarum extra:
nearum perſonarum quicquam Practicæ,
Statuti, aut Ordinationis, palàm ſiue occul
tè inſinuant, Vt ipſis Mercatoribus et Subditis
libera emendi et uenundandi facultas
amittatur. Et ſi aliter actum fuerit, quòd tunc
talis ad alterius Partis Requiſitionem perdi:
tionum et expenſarum, ob id ſuſtentarum
arctari ad condemnationem et compelli de:
beat.

Etiam conuentum eſt, Si aliquis in Ciuita:
tè et Ducatu Mediolani pro aliquibus de:
bitis ſiue aliis iuſtis rationibus, Petitionibus,
aut querelis carceribus introduceretur, et
talis detentus per Iudicem fraudulenter,
et ſine ſcitu, uoluntate aut admiſſione il
lius, ad cuius inſtantiam detentio facta
fuerit, relaxetur, abſque eo quòd creditori
de debito ſeu querimonia, ſatiſfactio ſiue

sufficiens fideiussio præstita, uel debitum ad manus fideles depositum fuerit tali casu ipse Iudex, siue Officiarius, à quo incarcerati relaxatio fieret, ad debiti seu prætensæ Actionis satisfactionem obligabitur.

Item quicunque nostrarum Partium subditus alteri ex subditis alterius solutionem missionum et expensarum promiserit et illud sufficienti hominum uel Literarum testimonio approbetur, uolumus ut talis uerba factis corroborare, et sic huiusmodi expensarum onus in se suscipere debeat una cum principali summa: Omni Priuilegio, Ordinatione Iuris seu Statuto in contrarium militanti postposito.

Nos neque subditi nostri ab utraque Parte non debebimus alterius Partis subditos barrare, arrestare, pignorare, neque detinere, nisi pro debitis confessis uel quorum Obligationes, per Litteras autenticas ostendi aut sufficienti testimonio probari possint, uel pro atrocibus delictis, si quæ per aliquem fuerint in aliquibus nostrarum Partium finibus perpetrata. Et

quicunque contra fecerit, tenetur Parti conquærenti in restitutionem omnium missionum et expensarum inde habitarum.

Et quia nos præfatus Rex Francorum, Dux Mediolani, ex toto animo desideramus præfatis universalibus Confœderatis spectatissimis amicis nostris, in maiori liberalitate occurrere, eisdem tenore Præsentium eorum introductam libertatem et immunitatem in Ducatu Mediolani confirmavimus et concessimus. Ita quod omnes et singuli earum Civitatum, Patriarum et Colligatorum in præsenti Pace et amicitia, nominatorum Cives, Patriotæ, Subditi Oratores, Nuntii, Peregrini, Nobiles uel ignobiles, equestres et pedestres, cuiuscunque nominis, status, aut conditionis fuerint, cum eorum corporibus per totum Ducatum nostrum Mediolani liberè, et securè, et absque aliqua molestia ire, proficisci, et redire ualeant et cum eorum mercimoniis, rebus, et bonis suis natis et nascituris, uel ab eis fabricatis et compositis, seu fabricandis et componendis in Terris nos:

tri præfati Regis, et Ducis Mediolani, seu in præfatorum Dominorum Confœderatorum siue eorum Colligatorum prædictæ Ligæ Alamaniæ superioris Terris, Dominiis et Patriis. Sic quòd ea per totum Ducatum Mediolani, usque ad fossata Ciuitatis Mediolani exclusiuè ducere et conducere emere et uendere possint, et ualeant absque aliqua solutione telonei, datii, gabellæ, cæterarumque in hanc partem exactionum seu onerum solutione, Siue earumdem solutio nobis præfato Regi tanquàm Duci Mediolani, aut ipsius Ducatûs nostri Ciuitatibus, Comitatibus, Baronibus, Communitatibus, uel priuatis personis competat, Cuius exempti, immunes, et absoluti esse permanêre debent. Attamen debebit Teloneum intra fossata Vrbis Mediolani ut supra reseruatum, non aliter tractari uel exigi quàm prout hactenus est usitatum. Et ut omnis error et difficultas tollatur, uolumus nos præfatus Rex Duxque Mediolani, ut etiam de equis, bobus, cæterisque omnibus nulla solutio telonei, ut supra exigatur, non obstante ubi nata

aut ex quibus

aut ex quibus partibus conducta fuerint.
Et cum his declaramus nos præfatus Rex
Francorum, Duxque Mediolani, et nos præ:
fati uniuersales Confœderati, quòd hæc li:
bertas atque utilitas nulli liceat, aut quis
illa uti siue gaudere debeat, nisi qui in ista
Pace declarantur, et earum Ligæ superio:
ris Alamaniæ uel eorum subditi sunt

Et quia nos Franciscus Francorum Rex,
etiam nos Confœderati Vrbium et Patriã:
rum altæ magnæ Ligæ Alamaniæ supe:
rioris, hunc ipsum Tractatum Pacis, et Ami:
citiæ, Etiam præmentionata Capitula per
Oratores nostros, et ex Commissione nostra,
ut suprà ordinata, et conclusa, pro nobis
successoribus hominibus et subditis nostris
iniuimus, et acceptauimus, eademque ha:
rum uigore approbauimus, ratificauimus,
et confirmauimus. Quare promittimus
nos iam dictus Franciscus Francorum
Rex sub, Regio nostro honore, Nos uerò
Confœderati Vrbium et Patriarum præ:
fatarum bona fide pollicemur supra dic
ta Capitula Pacis et Amicitiæ, eaque om

nia in his Litteris contenta rata grata et firma habere, et obseruare, nec contra eadem quoquomodo facere, dicere, uel uenire, omni dolo et fraude exclusis.

In quorum omnium robur, firmitatem, et euidens testimonium, Nos præfatus Francorum Rex Sigillum nostrum Regale, Nos uerò prælibati Confœderati Videlicet de Thurego, Berna, Lucerna, Vranea, Schuuitia, Vnderuualden supra et sub Syluam Zug, cum eis ad se pertinentibus, Glarona, Basilea, Friburgo, Solodoro, Schafhusen, et de Appenzel, Sigilla Vrbium et Patriarum nostrarum Vna cum Sigillis Domini Abbatis nec non Oppidi Sancti Galli, etiam Patriotarum trium Ligarum in Churualen, et Vallesiensium, et Oppidi de Mulhusen, his Litteris duplicatis (Quarum unas nos Francorum Rex, manibus nostris recepimus, Nos uerò Confœderati de Liga alteras nobis retinuimus) appendi fecimus, Actum et conclusum in prædicta Ciuitate Friburgensi, die Sabbathi

Vigilia Sancti Andreæ Apostoli, Anno a Nativitate Domini currente millesimo quingentesimo decimo sexto.

Le Traicté de la Paix d'entre le Roy François de France, et les treize Cantons des Ligues A Fribourg l'an 1516 1516

Au nom de la saincte indiuidüe Trinité Amen Nous François par la grace de Dieu Roy de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes, et Comte d'Ast, d'une part, et Nous les Bourguemaistres, Aduoyers, Ammans, Conseillers, Communautez, Bourgeois, paisans et residans des Villes, Pays, et Seigneuries des anciennes Ligues des haultes Alemagnes; A sçauoir de Zuric, Berne, Lucerne, Vry, Seuuitz, Vnderuuald, dessus et dessoubs le bois Zug auec les Offices, Glaris, Basle Fribourg, Soleurre, Schaffusen, et Appenzel; ensemble l'Abbé et Ville de Sainct Gal, le Capitaine, Maire, et Chastellains, et Pays des trois Ligues Grises, le Pays de Valais, et la Ville de Mulhusen, d'autre part;

Faisons sçauoir à un chascun par ces Presentes, comme il soit que noises, debats, et esmotions de guerre soient suscitées entre Nous desorte qu'il s'en est ensuiuy homicides pilleries et plusieurs autres grands maux; Chose qui nous doibt esmouuoir à considerer quel peril et danger à l'occasion de ce en pourroit aduenir et qu'il est requis et necessaire pour le bien de nostre loüange et reputation entrer en bonne Paix et amitié les uns auec les autres pour obuier aux inconueniens et dangers qui par succession de temps pourroient succeder entre Nous. Pour à quoy paruenir Nous les dictes deux Parties au nom de nostre Sauueur Protecteur de tous amateurs de Paix, auons par plusieurs fois enuoyé nos Ambassadeurs aux Pays des Ligues. Finablement Nous le dict Sieur Roy par la grace et prouidence diuine auons despeschez auec plein Pouuoir et puissance en la dicte Ville de Fri

bourg, pour nos Deputez et Ambassadeurs Illustre Seigneur René Bastard de Sauoye, Comte de Villars, et de Tende, grand Seneschal, Gouuerneur et Lieutenant de nostre Prouince, nostre cher et bien amé cousin Conseiller et Chambellan ordinaire, et auec luy les prudens et sages le Sieur Louis Forbin, Seigneur de Sollier et Charles du Plessis nos Maistres d'Hostels et Conseillers: Et Nous des dictes Ligues des haultes Alemagnes nos Ambassadeurs de tous les Cantons et de nos Confederez et Alliez aussi auec plain Pouuoir. Auquel lieu nous auons dressé et conclu une bonne Paix et Amitié durable et perpetuele en la forme et maniere comme cy apres de poinct en poinct est specifié et declaré

Premierement, Que toutes inimitiez querelles, et demandes qui depuis le commencement de ceste guerre iusques à auiourd'huy seroient suscitez entre les deux Parties pour faict d'homici

des, pilleries, et autrement soient du
tout entierement cessées, accordées et
abolies de façon que ne pourrons à
l'aduenir en façon que ce soit nous en
fascher ou molester l'un l'autre reseruant
les priueés et particulieres Affaires
que aucuns pourroient auoir particu
lierement non mouuans de ceste guer
re ny de ses appendances et dependan
ces, lesquelles seront determinées selon
le contenu des Chapitres dressez en:
tre le Roy Louis XII. de haute et loü:
able memoire en son viuant Duc de
Milan, et les Seigneurs des Ligues
comme cy apres est clairement con
tenu en un Extraict des dicts Cha:
pitres

Secondement, seront laschez les pri
sonniers lesquels par les deux Parti:
es auroient esté prins ou uendus sur
terre, sur mer aux Chasteaux, Villes,
ou autre part sans aucune rençon,
ny autre empeschement, mais leur
sera permis retourner en leur maisons

franchement

franchement et librement

Tiercement, Quant aux Querelles et Demandes que aucuns particuliers Demandeurs et Querellans de nostre Pays des Ligues voudroient pretendre contre le Roy non mouvans de ceste guerre, ils en chercheront la Justice ainsi qu'il est contenu és Chapitres cy apres mentionnez.

Quartement, Tous ceux lesquels apres la datte des dicts Chapitres seront entrez en Alliance & Combourgeoisie avec nous le dict Seigneur Roy Louis XII et nous des dictes Ligues se pourront ayder des Franchises et Libertez contenües és dicts Chapitres, Reservé tous ceux qui seront hors des limites du Pays des Ligues et d'autre Nation et Langue, et qui ne seront subiets de nous des dictes Ligues

Cinquiesmement, Seront reconfirmées aux Marchands et Subiets de nostre Pays des Ligues tous les Privileges et

particulieres Franchises qui leur pour=
roient auoir esté données et concedées
par les feus Rois de France de bonne me-
moire en la Ville de Lyon.

Il plaist aussi à nous le dict Sieur Roy
Duc de Milan, pour l'amour et en con=
templation des dicts Sieurs des Ligues
de pardonner à tous et à un chascuns
nos subiets du Duché et Seigneurie de
Milan, de quel estat et dignité qu'ils
soient, lesquels pour le seruice du Sieur
Maximilian Sforce seroient allez en Ale=
magne ou qui se seroient entretenus aux
Chasteaux, de Milan, Locarne, et Lugan,
ou en quelques autres Places du Pays
des Ligues, Voulons tant en general
que particulierement donner nos Lettres
Royaux à tous et un chascuns qu'il ap
partiendra tellement que sans domma
ge de leurs personnes et biens il pour-
ront retourner en leurs maisons.

Sextement, Afinque nos dicts bons
amis des Ligues congnoissent la bon
ne uolonté que nous leurs portons de

singuliere et franche volonté leur voulons delivrer et faire payer la somme de quatre cents mille escus soleil de bon or, et du coing de France en recompense des frais et dommages qu'ils eurent en allant assieger la Ville de Dijon, Et pour autres que eux et leurs Confederez ont pareillement eus en Italie, leur voulons aussi faire delivrer trois cents mille escus aux termes cy apres specifiez. Et ayants les dicts Seigneurs des Ligues receu les sus dictes sommes ne pourront à l'occasion des dicts frais et souldes mouuans de la dicte guerre nous en demander aucune chose. Quant à ce que le dict Sieur Roy l'année passée suyuant le Traicté de Paix et Alliance faicte à Geneue, lequel par ce present Traicté doibt estre cassé, estoit tenu faire delivrer deux cents mille escus soleil, et que ia auoit esté delivrée la somme de à aucuns Cantons et à nos Confederez suiuant

les Quictances sur ce dressées la dicte
somme qui auroit esté delivrée comme
dict est doibt estre comprise au nombre
des dicts sept cents mille escus; et raba
tu à ceux qui l'auroient reçeüe. Et le
reste des dicts sept cents mille escus
incontinant ce Traicté dressé sera deli
uré à Nous des dicts Cantons et Con
federez qui n'en aurons encores reçeu
nostre part. A l'autre terme qui sera le
premier iour de Ianuier prochain, nous
le dict Sieur Roy ferons deliurer gene
ralement aux dicts Sieurs des Ligues
les autres deux cents mille escus. Item
au troisiesme terme qui sera l'année cou
rante quinze cents et dix huict au
mesme iour autre deux cents mille es
cus. Et l'année ensuiuant quinze cents
dix neuf les autres cent mille escus.
Et estans les dessus dicts termes ob
seruez et accomplis sera la dicte som
me de sept cents mille escus entiere
ment payée et satisfaicte. Lequel
payement és termes dessus dicts nous

le dict

le dict Sieur Roy serons tenus faire
deliurer à nos propres despens en la
Ville de Berne. Pour laquelle somme
nous voulons aussi donner aux dicts
nos bien amez des Ligues Lettres
obligatoires suffisantes et en bonne for:
me

Septiesmement, Afin que les Articles de
ce present Traicté demeurent fermes
et stables, nous les dictes Parties et nos
Royaumes, Terres, et Seigneuries, Pays
subiets et residens par cy apres vou:
lons et debuons viure ensemble en bon
ne Paix & Vnion sans aucunement
nous molester l'un l'autre par guerre
ny autrement. Et pour plus grande
asseurance, confirmation et declara
tion de ceste Paix a esté aduisé au
cas qu'il suruint ce que Dieu ne ueuil
le quelques troubles et emotions entre
nous les deux Parties mesmement
entre les Superieurs ou nos Pays et
subjets, en ce cas l'une des Parties
ne procedera en façon que ce soit con

tre l'autre par entreprise de guerre, mais sera tel different amiablement appoincté ou decidé par voye de Iustice, comme contenu est és Chapitres cy apres specifiez.

Huictiesmement, Afin que toute bonne Vnion, Paix, et Amitié soit tant mieux observée nulle des dictes Parties n'endurera ouvertement ne permettra estre souffert les ennemis de l'autre Partie aucunement en ses Terres, Pays et Seigneuries ne leur octroyera aucun passage. Et Nous le dict Sieur Roy ne debuons aussi souffrir ne consentir que aucuns de nos subiets, gens d'armes ou de pied aillent alencontre des dicts Seigneurs des Ligues leurs Confederez, subiects, Terres, Pays, et Seigneuries d'eux mesmes ou vers d'autres Princes, Seigneurs, et Communautez qui les voudroient mener contre leur Pays mais ce cas advenant y doibt estre pourveu en toute diligence et sur

